



MANUSCRIPTA


INSTITUTI OSSOLINIANI


I.

624









624

1

# IN NOMINE DOMINI. Amen.

**T**emporum & seculorum successio, sicut aeta-  
tes viventium rapit, ita Status rerum moresq;  
et ingenia hominum vario discrimine transmutat.  
Unde Leges quoq; et Constitutiones humanae, quibus acta  
et casus Mortalium ad Deum et proximi iustitiam re-  
gulantur, ut et ipsa mutationem patiantur necesse est.  
Nec enim Civitas, cuius moribus Leges non coequantur  
bene constituta esse potest.

**NOS IGGUR MAURITJUS**  
**DEI GRATIA EPISCOPUS, &**  
Prelati ac Canonici Ecclesiae Varmien-  
Capitulum Legitimè representantes.

Dum Ordinationes et Statuta ejusdem Ecclesiae Var-  
miensis à Praedecessoribus nostris editas, et consuetudi-  
nes antiquas in ea introductas, diligenter intueremur  
vivimus eas magna ex parte à temporum Nostrorum  
conditione discrepare, partim presentibus moribus non  
sufficere: partim amplioris ambiguitatis et dissidij occasio-  
nem adferre: unde ex ijs quaedam reformari, quaedam extendi,

quædam amputari, quædam omnino tolli, et aboleri, ac etiam  
 nova quædam subinduci, necessarium conspicimus. Cupientes itaq;  
 in Ecclesia Varmiensi in qua tanquam in Vineâ Domini Vi-  
 nitores et operarij constituti sumus, Spiritualium bonorum the-  
 saurum cumulâre, ac nobis collata bona utiliter administrare,  
 omniq; dissensionis materiâ sublata, tranquillitatem animorum,  
 ac unitatem et concordiam, sine qua gratum Deo nullum est ob-  
 sequium; quantum in nobis est firmare, Ad honorem Omnipoten-  
 tis Dei, et Beatæ Virginis Mariæ, ac sancti Andreae Apostoli,  
 nec non pro conservatiõne. Statûs et dignitatis ejusdem Ecclesiæ  
 Varmiensis ac augmento pacis et charitatis, vocatis his, qui ad  
 hoc de jure erant vocandi, constitutiones, reformationes, decla-  
 rationes, ordinationes, et Statuta, fecimus in fra scripta: quibus  
 nos et Successores nostros, ac omnes quorum interest a festo Pen-  
 tecostes proxime futuro volumus ligari.

## DE ECCLESIASTICIS

### Officijs.

**E**t quia ut Sanctorum Patrum tradit authoritas benefici-  
 um datur propter officium, et hæc fuit Fundatorum, dictæ  
 Ecclesiæ, et eorum, qui sua illi beneficia contulerunt, intentio,  
 ut Divinis officijs in ea honor Dei sanctorumq; illius memoria  
 frequentaretur.

1.

### Primo. Statuimus et Ordinamus.

Ut in eadem Ecclesia Varmiensi Missarum, et alia tã diur-  
 na quam nocturna, ad laudem Dei ad sanctorum eius, ac pro  
 vivis et defunctis, ab Ecclesia Catholica constituta officia, ju-  
 giter peragantur, eo quidem modo et ordine, quo magis pla-  
 cari Deus, et sanctis ejus exhiberi possit major Reverentia.

2.

### Item statuimus et Ordinamus.

Quod Canonici residentes, à Prælati incipiendo, et

inde secundum ordinem receptionis, servent Hebdomadas in Ecclesia hoc modo; ut in festis totis duplicibus, in ipsa Hebdomada occurrentibus, Canonicus quem hebdomada contigerit, per se vel per alium Canonicum, ipsius festi officium in Ecclesia peragat, à primis vesperis incipiendo usq; ad Completorium festiva diei inclusive, nisi festum ipsum die Sabbati venerit. Tunc enim Canonicus Quadragesimam fuerit, Completorium statim peragere sit adstrictus. Quoad enim hoc hebdomadam à meridie Sabbati inchoari, et in meridie Sabbati sequentis terminari censem. In duplici vero aut semiduplici festo celebri, Canonicus Hebdomadarius tantum Missam summam modo supra dicto peragere sit obligatus, reliquo ipsius festi officio, per Vicarium hebdomadarium servato. In utrisq; tamen festivitatibus Ministros Altaris cum Campanatoribus in prandio procurare tenebitur. Quod si præmissorum aliquid neglexerit, de Missa quoties per Canonicum non dicitur, illi solidi quindecim bona moneta, de matutinis solidi decem, de singulis vesperis solidi quinque, de reliquis singulis horis solidi duo cum dimidio, in proximis distributionibus per Administratorem Allensteniensem faciendis detrahantur.

## Item statuimus. Quod Canonicus 3.

Hebdomadarius singulis horis Canonicis infra suam hebdomadam decantandis, Matutinis videlicet ad minus ab exordio Primæ Lectionis, usq; ad finem Primæ, in omnibus autem aliis ab initio secundi Psalmi, usq; ad finem cujuslibet horæ in stallo pro præsidendo personaliter interesse, aut alium Canonicum qui suam suppleat præsentiam surrogare teneatur, diligentem curam adhibere, ut cum debita reverentia, et integritate officia horarum earundem perficiantur, à quo cum nec ulla letitia, nec infirmitas, nec aliud quodvis negotium, nisi Capitulari congregationi interierit, relevabit. Porro pro talibus singulis hebdomadis completo officio expensis, Tollentur ab illius distributionibus Administrator Marcam Vnam debite distributionis percipiat, si vero negligens fuerit de Matutinis cum Prima neglectis solidi tres, de vesperis solidus unus cum dimidio de

Canonicus  
singulis horis  
Canonicis  
adesse debet.

# Quod si quisquam suam hebdomadam, ut premititur  
4. alijs singulis horis solidus unus ex eadem distributionis pecu-  
nia ei subducatur et Choralibus, qui absentium negligentias an-  
nolanti et predicto Domino Administratori, aut eius procurato-  
ri fideliter significare debebunt, applicentur. ~~U~~ Servare pertinaciter  
recusaverit, requisitus, per subtractionem omnium fructuum et  
distributionum Præbendæ suæ coerceatur, donec deposita per-  
tinacia huius modi Statuto se conformet.

4. Item Ut munus et ordo in Cho-  
*De Choralibus  
by coercion:  
dis.* ro Psallentium clebita integritate et honestate perduret,  
Statuimus; quo ad Chorales, inter divina officia per eos  
cantanda, se ab Choro nequaquam absentent, nisi in magna  
necessitate, a Canonico Hebdomadario super hoc licentia  
obtentâ: ordinationesq; et Statuta eis tradita in violabi-  
liter observent. Quorum etiam negligentias, et insolentias,  
si quas commiserint, debet Canonico Hebdomadarius  
Decano Ecclesiæ Varmiësis, vel ejus Vicegerenti denun-  
tiare, qui illis ex officio suo superintendat, studeatq; eos  
ab hujus modi illicitis ~~et~~ vagationibus, ac alijs pravis u-  
sibus, et excessibus refrænare.

5. Item Statuimus. Quod quo-  
*De Ministris  
Episcopo ce-  
lebrante.* ties Dñi Episcopum contigerit Divina officia in Ecclesia  
Varmiensi celebrare, Duo Canonici receptione juniores  
in dignitate non constituti teneantur, Unus Diaconi  
alter Subdiaconi officium gerendo eidem ministrare.  
Duo quoq; ex Prælatiis majores, seu illis deficientibus, aut  
legitimè impeditis Seniores Canonici in sacerdotio consti-  
tuti apud altare in missa et in oblatione incensi vesper-  
tini eidem assistant. Lectiones quoq; matutinarum et Homi-  
lias Evangeliorum ac Prophetias Canonici a junioribus in-  
cipiendo gradatim legant. Versus etiam responsorium  
vesperinarum et introitus Matutinales ac alia per Ca-  
nonicos cantari consveta, modo, numero et ordine, qui-  
bus hactenus est observatum, Cantare teneantur. Cæteris  
quoq; festis duplicibus Episcopo non celebrante lectionibus  
matutina.



matutinarum duntaxat prætermissis ad Homilias quæ Diaco-  
 natûs ordinē requirunt, et alia omnia supradicta legenda  
 et decantanda sint obligati. Quod si aliquem ex Canoni-  
 cis Sacrum Ordinem ad præmissa vel aliquid in præsentis  
 Statuto contentorum, requisitum, nondum contigerit suscepisse, vel alias ex quacumq; causa, præterquam gravis infir-  
 mitatis, vel vocationis seu legationis Episcopi, vel Capituli  
 fore impeditum, ex tunc procuret, ut aliquis ex Canonicis  
 hujusmodi Ministerium exequatur. Qui verò negligens  
 aut culpabilis in præmissis repertus fuerit, pro Primo  
 articulo in solidis quindecim, et pro Singulis alijs, toties  
 quoties in solidis quinq; de proximis distributionibus per  
 Administratorem Allensteinensem subtrahendis puniatur.

*De Homi-  
 lys Legen-  
 dis.*

**Item statuimus. Quod quilibet** 6.

Canonici etiam si absens fuerit, in festis totis duplici-  
 bus in Primis et secundis vesperis, in Matutinis et Summa  
 Missa in festis vero duplicibus et semiduplicibus, sive celebri-  
 bus, sive non celebribus, in primis tantum Vesperis et Matu-  
 tinis, ac Missa in suo Altari duos cereos arduos habere  
 teneatur, debeatq; per totum anni circulum pro Missis per  
 Vicarium suum celebrandis, et alios pro honore Dei binos  
 cereos procurare in eodem. Quod si nondum corpo-  
 ris præbendæ suæ esset particeps, Administrator Melsacen-  
 sis expensas illorum refundat.

*De cereis  
 in Altaribz.*

**Item statuimus. Quod in** 7.

Ecclesia Varmiensi in Aallis, Processionibus, alijsq; Ecclesias-  
 ticum officium ac Divinum cultum concernentibus. Prælati,  
 dignitates

6.  
De ordine  
Prelatorum  
et Canonico-  
rum.

dignitates in ipsa Ecclesia obtinentes etiamsi Canonicatus et Præbendas non obtineant, primum locum habeant, ita ut Præpositus Decanum, ille Custodem, Custos Cantorem antecedat. In alijs vero Canonicis ordinatio juris communis, servetur, quæ cavetur, quod Præsbyteri primum locum, Diaconi secundum, Subdiaconi tertium, et sic de reliquis, obtineant ordinatim, etiamsi posterius in Canonicos sint recepti. In his vero qui ordine sunt pares receptionis prærogativa locum sibi vendicet priorem; In Homilijs tamen per Canonicos legendis ordo receptionis servetur, si quis igitur per ambitionem, aut contentionem huic ordinationi temeraria contravenire præsumpserit, toties quoties in Duabus Marcis de proximis Distributionibus per Administratorem Allestemensem subtrahendis puniatur.

8.  
De Altari-  
bus Canonicorum.

Item statuimus. Quod sexdecem altaria extra Chorum Ecclesie, cum totidem vicarijs ad ea deservientibus pro Canonicatibus, non pro Prælaturis censentur deputata. Quodq; nullus Canonicorum aliquid ex ipsis altaribus optandi habeat facultatem; sed sit altari sibi per Prædecessorem suum dimisso contentus, salva consuetudine de primis quatuor altaribus, quæ per Prælatos præbendatos obtinere consueverunt, hac tenus observata. Quoties enim aliquod altare per assecutionem Prælaturæ dimitti contigerit iuxta ordinem receptionis et modum alias consuetum, optio altarium ex ordine dimissorum habeatur.

## DE NOVITYS.

9. Item statuimus. Quod quilibet Canonicus de novo an trans, infra triginta dies primæ residentie suæ, debeat curare, ut omnium Sacrorum vasorum clemoriorum ornatum, vestium, librorum, et aliarum rerum ad altare

7.  
tare suum pertinentium, et per antecessorem suum relictorum  
duo inventaria unus tenoris per Notarium Capituli, aut alium  
ab ipso Capitulo deputandum, conficiantur, quorum ipse unum  
sibi retinebit, aliud Dño Custodi aut eius vicegerenti presenta-  
re tenebitur, antequam ad perceptionem fructuum prabendæ suæ  
admittatur, curabitq; deinceps ut hujusmodi res conscriptæ per Vicari-  
um suum vel alium, pro ut ipse tutius duxerit pro ipsius al-  
taris usu diligenter absq; diminutione conserventur. Quod si  
illorum aliquid ipsius negligentia perierit, vel aliter alienatum  
fuerit ad justam amissionum compensationem, teneatur, quamsi  
antequam Prabendam suam percessum vel decessum dimisse-  
rit, non fecerit, licebit, Capitulo ex fructibus beneficii, aut alijs  
rebus ejus indemnitati ipsius altaris subvenire. De his vero  
quæ usu fuerint attrita, ipsum teneri nolumus.

De inventa-  
rijs confici-  
endis sup  
rety. s. alta-  
ris.

Item Statuimus. Quod nullus  
Beneficiatus Ecclesia Varmiensis ad Possessionem vel per-  
ceptionem fructum beneficii sui admittatur, nisi prius per  
se, vel si absens fuerit, per Procuratorem suum, et cum ad  
Ecclesiam ipsam accesserit personaliter ad Dei sancta Evan-  
gelia præstet juramentum in forma infra scripta. Ipse qui-  
dem per se beneficiatus, si Prælatus vel Canonicus fuerit,  
iuret, ut sequitur: Ego N. iuro &c.

10.  
Beneficiatus  
habet juram-  
entum tenet.

Ego N. iuro. Quod Dño E-  
piscopo Varmiensi, et eius Successoribus Canonicè intran-  
sibus obediensero: consilia et Secreta Ecclesia et Capituli  
Varmiensis secreta servabo: Iura Privilegia, Statuta, et con-  
suetudines ejusdem Ecclesia et Capituli servabo, defen-  
dam et manutenebo. Nec non bonum, utilitatem, et honorem ipsi-  
us Ecclesia et Capituli procurabo, quantum possum et adim-  
plere valeo. Quæ omnia in presenti iuro, et bonâ fide pro-  
mitto.

11.  
Juramentum  
Canonicorum  
per so-  
nale.

8.

mitto. Ita me Deus adjuvet et hæc S. Dei Evangelia.

## Procurator vero jurabit, ut sequitur.

Per Procuratorem  
form.

**Ego N. Procurator Domini** N. iuro qd idem N. Dño Episcopo Varmiensi, et eius Successoribus Canonice intrantibus obediens, erit, consilia, et secreta Ecclesiae et Capituli Varmiensis secreta servabit. Jura, Privilegia, statuta, et consuetudines ejusdem Ecclesiae et Capituli servabit, defendet, et manu tenebit, Nec non, bonum utilitatem, et honorem ipsius Ecclesiae et Capituli procurabit, quantum poterit et adimplere valebit Quae omnia ejus nomine in presenti iuro, et Bona fide pro mitto. Ita me Deus adjuvet et S. Dei Evangelia.

Juramentum  
Vicariorum

**Vicarius juret per se, ut sequitur:**  
**Ego N. iuro.** Quod Dño Episcopo Varmiensi, et eius Successoribus, legitime intrantibus, ac Dominis meis Caplo Varmiensi, obediens ero: Singulis Dominis Canonicis hujus Ecclesiae Reverentiam et honorem debitum, ubiq; impendam secreta et consilia Capituli si qua mihi revelata fuerunt secreta servabo. Statuta et consuetudines hujus Ecclesiae qua Vicarios concernunt, servabo. bonum, utilitatem, et honorem ipsius Ecclesiae et Capituli fideliter procurabo; quantum possum et adimplere valeo. Quae omnia in presenti iuro et bona fide promitto. Ita me Deus adjuvet et hæc Sancta Evangelia.

Procurator vero Vicariorum jurabit in  
hac forma.

Ego N. Procurator Domini N. iuro, qd̄ item N. Domino Episcopo Varmiensi, et eius Successoribus legitime intransibus, ac Dno Capitulo Varmiensi obediens erit. Singulis Dominis Canonicis hujus Ecclesie reverentiam, et debitum honorem ubiq̄ impendet, Secreta et Consilia Capli, si qua illi revelata fuerint, secreta servabit, Statuta et consuetudines hujus Ecclesie qua Vicarios concernunt, servabit, bonum, utilitatem, et honorem ipsius adimplere valebit. Qua omnia eius nomine in presenti iuro et bona fide promitto. Ita me Deus adjuvet. et hac Sancta Dei Evangelia.

Item statuimus, et ordinamus, ut nullus Canonicus de novo intrans, ad aliorum fructum seu distributionum perceptionem admittatur, Nisi prius officio Pistorie de quadraginta Marcis, satis fecerit, pro ut hac tenus est observatum.

12.  
Hoc statutum abrogavit Cardinalis Comendans in pauperes erogari. Vide infra.

Item statuimus. Quod Canonicus de novo intrans, qui ad perceptionem fructum pervenit, ad fabricam Ecclesie decem, et prosacris Vestibus, Biuinum officium concernentibus Octo Marcas, infra quinquenium: Pralatus quoque sive Præbendam habuerit siue non, ratione Pralature duas marcas pro dictis vestibus infra annum a tempore receptionis ad præbendam vel Pralaturam huiusmodi Soluere teneantur. Quod si non fecerint, transactis terminis prædictis huiusmodi pecunie de corporibus præbenda vel Pralature ipsis subtrahantur. Quod si aliquem eorum antequam præmissa solverit beneficia huiusmodi vel aliquod eorum per cessum vel decessum aut aliquo cunctis vocationis modo dimittere contigerit, de fructibus ipsorum Beneficiorum, aut aly bonis eius tantundem recipiatur in usus prædictos.

13.  
De iuribus fabricæ et Custodie persolvend.

DE CANONICALI RESIDENTIA,  
PRÆBENDIS, & DISTRIBUTIONIBUS.

14. *Publica Utilitati* & futuris necessitatibus in Ecclesia Nostra et Capituli prospicere cupientes statuimus, et ordinamus, ut perpetuis futuris temporibus in eadem Ecclesia Varmiensi sit perpetuus Canonatus supernumerarius pro Sancto Andrea Apostolo ejusdem Ecclesiae Patrono perpetuo possessore deputatus: quem ex nunc in nomine Domini instituimus, creamus, et erigimus cuius ex communibus Districtus Melsackensis pro corpore Præbende, Marcas triginta bona moneta, et in compensationem pensionem omnium et singulorum distributionum Canonicaliū similis triginta marcas Annuo deputamus, appropriamus, et incorporamus, Decernentes ut hujusmodi Sexaginta Marca quot annis provenientes, Capitulum thesaurum constituent, ac pro luendis Ecclesie ac Capituli juribus sublevandisq; futuris necessitatibus in Arce Allensteiniensi reposita fideliter conserventur, et Custodiantur, nec nisi necessitate urgente aut evidentissimā utilitate postulante expendantur.

15. Item statuimus. Quod Canonicus de novo intrans, et residens censeri volens, debet apud Ecclesiam dictā, triginta diebus continuis residendo singulis illorum ad minus duabus horis Canonicis in loco ubi cantantur, a principio usq; ad finem personaliter interesse, ac interim singulis hebdomadis unius modi sigilinis distributione contentus permanere. Quibus diebus expletis, si continuo animum residendi habuerit, quem tunc coram Capitulo aut eius presidente declarare teneatur, familiamq; quotidianam, hoc est, ad minus duos famulos et tres equos proprios habere visus fuerit, ipsum residentem censeri, et nisi aliud ei obsistat, infra scriptarum distributionum participem fieri posse, declaramus. Quod etiam volumus cum ijs, qui post diurnam absentiam ad Ecclesiam redeuntibus residere intendunt, quo ad modum et animum residendi observare. Cum autem quantum ad perceptionem hujusmodi distributionum animum residendi habere interpretamur, qui post tempus quo aliquas eorum deservit,

erit,

De Canon  
catu S. An.  
drea Ap.

De thesau  
ro Capituli.

De 30 dieb;  
residentiæ.

Animus  
residenti  
quis habere  
intelligatur.

14.

erit, ad minus per tres Menses proxime sequentes beneficio suo personaliter deservire, et residentiam personaliter ab Ecclesia Var. miensi in alium locum transferre non intendit.

**Item. ut Canonici ab illicitis euaga. 16.**

tionibus refranentur, ex quibus plerumq; laicis datur occasio De abson. tra Cano. nionum Residon. trum  
eis dem detrahendi, Statuimus, quod Canonicus continuo resi- dens, qui se ultra triginta dies continuos ab Ecclesia duxerit ab- sentandū, illis elapsis tam Siliginis quam aliarum rerum quā- cunq; distributione carebit, quousq; denuo visus fuerit in Di- vinis personaliter interesse, et interim absens, et non residens reputabitur, nisi super ulteriori absentia a Caplo licentia peti- ta fuerit, et obtenta. Hoc quoq; proviso, quod volens conti- nuo residens censerit, plus temporis apud Ecclesiam quam ali- bi agere, et morari per annum teneatur, ne saepius interrupta residentia speciem avaritia habeat, et Cultus Divinus deluda- tur, alioqui lapsō Annō in proxima corporum distributione decem Marcā ei detrahantur. Canonici quoq; post longam absentiam suam ad residentiam redeuntes omnium distribu- tione carebunt, donec se in Divinis representet.

**Item Statuimus. Quod Canonicus 17.**

Præbendatus qui a festo S. Martini Episcopi quō Annuum Nos- trum Capitularem incipimus, usq; ad festum Assumptionis Aloriosissime Virginis Mariae, inclusive modo præmisso conti- nue residens fuerit, corpus integrum præbendæ videlicet Marcas triginta intelligat, deservisse, quas de censibus in proximo fes- to S. Martini tunc immediate sequente colligendis percipiat. De abson. tra Cano. nionum Resi- dentis. Corpore præ- benda quō deserviat.

**Item statuimus. Quod Canonicus 18.**

post 30 dierū residentiam supra dictam, ad realem possessionem Præbendæ suæ per Capitulum receptus, et admittus, etiam si ab- sens fuerit in festo Præfato S. Martini dimidium Præbendæ corporis intelligatur deservire, Et si postea usq; ad festum Assump- tionis Beata Virginis quandoq; per cessum vel decessum aut alium De Canonico absente n̄ resi- dente, qui tu- non complē- rit dies resi- dentia.

aut aliam vocationem, Canonicus esse desierit, vel à residentia se absentaverit, aut ad residentiam ante prædictum Festum venerit ultra eandem dimidiam Præbendam, pro quolibet Septimana residentia sua usque ad Festum Assumptionis præfatum Solidi ei XXIII cedant pro Præbenda. Ita tamen quod absens de huiusmodi dimidia præbenda, ad Fabricam et pro reformatione, Ecclesia cum præsentibus Canonicis aequaliter contribuere teneatur. Fructum quoque Alodij sui, si quod habet, non obstante huiusmodi absentia, plenè poterit perceptione gaudere.

19. Item statuimus. Quod Canonicus

Quibus diebus  
servantur Cano-  
nici certas  
distributiones.

Præbendatus modo supra residens, qui in festivitatibus et alijs diebus infrascriptis, aut septem diebus, festivitatis, et dies ipsos immediate sequentibus, ad minus duabus horis Canonicis, à primis vesperis incipiendo: ac qui alijs officijs et peractionibus infra dicendis in loco ubi cantantur, vel peraguntur, ex integro interfuerit, nisi tali infirmitate detineretur, quod ipsam Ecclesiam non valeret, sine magno incommodo vel periculo visitare, de quo infra tempus vel ante officia præfata Capitulum vel eius Præsidentem certificet, aut nisi in vocatione, seu legatione Episcopi vel Capituli occupetur, percipiat res, et pecunias infra scriptas.

De Festo Natalis Dñi pro offertorialibus  
Marcas tres.

De Dominica in Quinquagesima Victuali-  
a pro Quadragesima distribuenda vele-  
orum loco, Marcas quinque,

De Festo Paschæ pro offertorialibus Mar-  
cas. II.

Pro Festo Pentocostes, ligna ad hiemem,  
futuram, distribuenda, et pullos ex districtu

Allenstein-



Allensteinensi. vel illorum loco *Marcas III.*  
 De Festo S. Iohannis Baptiste fœnum dis-  
 tribuendum. de pro carnalibus, et Anguit-  
 laribus *Marcas IV.*

Pro Festo S. Michaelis mel consuetum  
 distribuit. Pro Festo Dedicationis Ecclæ.  
 Varmien. pro offertorialibus singulis, et vic-  
 tualia Hyemalra tunc distribuenda, vel  
 eorum loco *Marcas II.*

20.

De De.  
seruione  
Vigilant.Vina =  
los Cus.  
todralos.

**Constituimus.** Quod Canonicus resi-  
 dens, qui exequijs, quæ pro commemoratione Prelatorum Cano-  
 nicorum Ministrorum et omnium Beneficiatorum Ecclæ  
 Varmiensis, singulis sextis ferijs Quatuor temporum pera-  
 guntur, vigilijs videlicet de exordio quarti Palmi usq; ad incep-  
 tionem laudum, et missis, ab initio Cantus Kyrieleson usq; ad  
 Agnus Dei inclusive interfuerit, pecunias consolationum quæ  
 pro Festo Epiphaniæ dari consueverunt, de qualibet videlicet  
*Marcas III.* Et qui vigilijs et Missis quæ Capitulares nominan-  
 tur, et in festo S. Agnetis, Ioannes ante portam latinam, Aga-  
 piti, et in Crastina animarum peraguntur, modo interfuerit  
 supradicto, pecunias vinales, videlicet Marcam unam, solidos  
 quindecim, et custodiales consuetas pro rata Singulorum Octo  
 Commemorationum prædictarum, proximè tunc præcedetium  
 percipiat. Qui si in aliqua earum vigilijs tantum, et non Mis-  
 sa, aut Missæ, et non vigilijs interfuerit, omnium distributi-  
 one careat, ad eadem, Quod etiam in Exequijs Regum Polo-  
 niæ volumus observari. In alijs vero defunctorum Anniver-  
 sarijs et memorijs dimidiam tantum de vigilijs distribu-  
 buta.

14. *Quendam, percipiat portionem, alia medietate presentibus di-*  
*tributa. Tempus autem decantandi Missas prefatas tam in sex-*  
*tis serijs Quatuor. temporum quam in omnibus alijs exequijs, qua-*  
*ex toto usq; ad finem decantentur semper et immutabiliter, immedi-*  
*ate post proximam Missam matutinalem servetur, diem autem*  
*exequiorem interpretamur, in qua missa pro defunctis sit cuius vi-*  
*gilia diem precedente servantur.*

21. *Constituimus, Quod Canonicus, qui*  
*officio Missa, qua ex pia institutione, Sermoni Dni Sigismundi*  
*Regis Poloniae in Capella S. Georgij, die quo ejusdem S. celebri-*  
*tas agitur, statim post primam Missam Matutinalem decantari*  
*solet, ab inceptioe Kyrieleyson usq; ad Conclusionem Agnus Dei*  
*interfuerit, Marcam Vnam, ex censibus Tolkemit percipiat. Qui*  
*autem primis Exequijs Regalibus, quarum Vigilia jam dictam*  
*Missam de S. Georgio, eadem scilicet die subsequantur, interfu-*  
*erit, de dimidio censu Kaytelar ad Festum S. Jacobi proxime*  
*perventuro: Et qui alteris Exequijs, qua pro commemoratione se-*  
*renissimorum Regum Poloniae defunctorum proximam sextam feri-*  
*am post quatuor temporum Mensis Septembris Tolenniter peragun-*  
*tur, vigilijs scilicet, et Missa modo supra dicto interfuerit, de reli-*  
*quo censu Kaytelar ad Festum Sancti michaelis proveniente, ultra*  
*vigilias consuetas debitam accipiat distributionem. Si autem*  
*dies Exequiarum in Dominicam aut aliud Festum incideret,*  
*Vigilia in eadem Dominica aut Festo, Exequia vero in subse-*  
*quentem diem non celebrem transferantur. Quod generaliter*  
*quoq; in omnibus alijs obsequijs observari volumus.*

*De Missa  
Regali.*

*Kaytela:  
res.*

22. *Statuimus, Quod Canonici, qui Processio-*  
*nibus, quibus eunq; per totum Annum fieri solitis, habitu Canoni-*  
*cali, hoc est, superpelliceis, et Almutijs, seu Capis vestiti inter fue-*  
*runt, de singulis hujus modi Processionibus solidi II. qui vero in*  
*Festis totis duplicibus et officio majoris missae ab inceptioe:*  
*Kyrieleyson usq; ad conclusionem Agnus Dei in choro et Stallis*  
*gus*

*De Process.  
ionibus et  
Missis Ca-  
nonicor.*

suis praesentes fuerint, aut ipsi interim missa celebraverint, Soli De Loti  
di III ex Censibus Tolkeniten Qui autem Feria quinta Ca ne pedum.  
na Domini pedum lotioni et mandato interfuerint, Marcam di-  
midia ex censibus Melsakensibus, ab illorum districtum admini-  
stratoribus loco distributionum percipiant.

## DE ABSENTIIS PRIVILEGIATIS

Statuimus. Quod propter exilitatem 23.  
fructuum Pralaturarum seu dignitatum Pralato <sup>vacante</sup> de causa  
absenti, post apprehensam personalem possessionem integri cedant <sup>De fruc.</sup>  
annuatim fructus, suae Pralaturae, in oneribus eius incumbentibus <sup>ti. by Pra:</sup>  
debito fraudentur obsequio. Ad quod vicegerentes suos deputare <sup>laturum.</sup>  
teneantur, si vero ante lapsum anni, qui in Festo S. Martini  
incipiat, et terminetur, Pralaturam aliquam per cessum vel de-  
cessum aut alio quocumque modo vacare contigerit, fructus pro rata  
tantum temporis ei, qui illam obtinuerat, et possederat cedant.  
Quod etiam cum Pralato de novo intrate servetur.

Statuimus. Quod Canonicus de li- 24.  
centia Episcopi et consensu Capituli, in studio Privilegiato cau- <sup>De cano-</sup>  
sa studii aut de Scientia eorundem apud medicos causa curat <sup>nico studen-</sup>  
istens, vel ex causa peregrinationis ad limina Sanctorum propter <sup>te, apud me-</sup>  
indulgentias, vel votum emissum absens fuerit, integrum <sup>duos exis-</sup>  
percipiat suae Praebendae corpus, dum modo tamen iuret quod <sup>te, & pere-</sup>  
grinante.  
sine fraude propter causas praedictas aut aliquam eorum se  
absentet.

Item. Quod Canonicus in legatione 25.  
Capituli absens, aut per Dñum Episcopum in Episcopatu suo <sup>De cano-</sup>  
residentem vocatus, seu in legatione aliqua pro negotiis <sup>nico seu</sup>  
Capituli consensu, intra Regnum Poloniae et illius Domina, seu in <sup>Pralato ab-</sup>  
negotio Electionis et Confirmationis in Urbem missus, poterit <sup>sente.</sup>  
tanguam

16.

tanquam residens, et Divinis præsens corporis præbenda sua et omnium distributionum, plenaria perceptione gaudere. Si autem sic vocatus in Continuum commensalem assumptus fuerit, et de familia ipsius Episcopi esse ceperit, illam portionem contentus erit, quam studentibus in proximo Statuto est deputata.

26.

De Canonico seu Præbato cuiuslibet mota fuerit.

Item, Quod si Canonico vel Præbato, qui Præbendam & Præbaturam, suam per Annum pacifice possedit & personalem Residentiam apud Ecclesiam fecit, super eam aut altera earundem post lapsum dicti anni lris moveatur, ipsaq; pro defensione sui juris ad locum in quo lris pendet, iter arripens se absentandum duxerit lite huiusmodi durante, percipiat eo modo quò supra de studentibus est expressum & dum modo tamen iuret, quod nulla fraus interveniat in præmissis.

27.

Animus residendi quando in gratia.

Item statuimus. Quod Canonicus vel Præbatus pro defensione juris sui, aut ex causa Studij, peregrinationis vel recuperanda Sanitatis, eo modo quò de singulis superius est expressum, aut consensu honesta & legitima causa, super qua favorem, licentiam, et consensum Episcopi et Capituli obtinisset, se absentare proponens, quamvis animum residendi non habeat, dum modo tamen Divinis juxta formam superius expressam interessendo superscripta legitime deseriverit omnium fructum et proventuum sic deseritorum, ac si per tres Menses proximos residere intenderet, licite percipere valeat, Solitam distributionem.

28.

De Triennali Studio. De habilitate ad Canonicatum residendi vel lris de

Item, Quod quilibet Canonicus de novo intrans, qui antea per triennium in Audio Privilegiato operam litteris non dedisset, aut Quadragesimum ætatis suæ Annum non excederit, aut nisi in Theologia Magister, vel Baccalaureus formatus, aut in decretis, vel jure Civili, vel medicina, vel artibus, Doctor aut licentiatus, seu in Sacerdotio constitutus fuerit, aut longè vâ ægritudinis defectum patiat, post residentiam

residentiam primi anni, si expediens Capitulo visum fuerit, teneatur per triennium ad minus in aliquo Studio Privilegiato, in eadem Theologia, Iure Canonico, Vel artibus studere, sicq; Studio Principaliter operam dare, ut jugiter et continue in ipso per memoratum tempus perseveret, nisi pestilentis infirmitatis, famis, hostilitatis, aut commodioris Studij causa ad aliud se duxerit Privilegiatum Studium, sine temporis intervallo transferendum. Quod si ex alia causa, quae rationabilis foret et urgens, Studium deseruerit, intra triennium praedictum pro illa tantum tempore quo studio praedicto vacavit, ei tanquam Studenti Capitulum respondebit. Si vero ex frivola causa quae antalis sit, iudicio Capituli stabitur, se duxerit, a memorato studio absentandum, per totum tempus non completi Studij huiusmodi simpliciter reputabitur absens. Et nihilominus dictum triennium reincipere, Studiumq; ut praemittitur usq; ad finem continuare, ac si prius nihil esset actum de eodem. De praemissis itaq; omnibus et singulis, antequam ad perceptionem distributionum residens admittatur patentibus literis Sigillo Rectoris Studij, in quo dequerit, munitis, et assertione proprii juramenti plenam facere teneatur fidem. Praeterea si triennio expleto petiverit sibi dari licentiam, Studium huiusmodi diutius prosequendi, dum modo se in praecedenti studio utiliter gessisset, illa ei non erit deneganda.

## DE CANONICO DEFUNCTO.

Item Constitutumus, Quod Praelatus 29

seu Canonicus quocumq; loco aut tempore defunctus habeat annuum gratiam, videlicet, quod anno sequente annum obitus sui medietas Corporis praebendae vel Praelaturae suae ei cedat, qua medietas de totali corpore ipsius beneficij etiam si illud Successor deserviret detrahatur.

Item.

quo videlicet  
declarat. Ep.  
Joannis ad  
assensu Capi-  
tuli pag.

30.

De preroga-  
tivis hære-  
dum et fa-  
milia Cano-  
nici Testati  
defuncti.

Item Quod cognati, et Heredes ac Executores scietiam Famuli Canonici testati decedentis Curiam Canonicalem, si quã reliquerit, per viginti continuos dies ipsius mortem immedicte sequentes in habitare, et Singulis hebdomadis Singulos modios Saliginis ejusdem defuncti Nomine, interim percipere possint. Indeq; abeuntes omnes res mobiles Curia non legatas, quæ ad eundem Canonicum dum viveret, pertinebant, justis tamen debitis, si Super ipsis tunc conveniantur, prius solutis facere possint deportari. Proviso etiam, quod Capitulum deputet unum ex Canonicis, qui Inventarium de rebus mobilibus et immobilibus ad eandem Curiam de jure Spectantibus conscribat, et sic reliquendis cautionem ab executoribus et Heredibus præfatis recipiat: nec Curia Suis pertinentijs Spolietur.

## DE CURYS & ALLODIIS CANONICALIBUS.

31.

De habilita-  
te Curie op-  
tare volen-  
tis Curiam  
vel Allodium.

Item statuimus. Quod Canonicus, qui in Præbendæ Suae reali pacifica possessione per Annum fuit, residentiamq; personaliter, modo quò Supra fecit, secundum ordinem receptionis Suae, possit, et valeat Domum, et Canonicalem et Allodium cum vacaverint, à die quã vacatio huiusmodi ad Eccliam innotuerit, infra triginta dies in Capitulo optare, vel etiam extra Capitulum, dummodo tamen id in proximo Capitulo, Generali, eidem Capitulo intimet, et qui sic optaverit, Summam pretij ad quod Curia seu Domus Canonicalis per Capitulum, ad quod solum huiusmodi taxatio pertinebit, taxata fuerit, infra biennium proximum, unam videlicet medietatem in primo reliquam in 2<sup>o</sup> Anno Canonico illum demittenti, seu defuncti Canonici Heredibus sive Executoribus aut si intestatus decessit, Capitulo sine diminutione persolvat, Nisi hi quibus solutio ipsa debetur, in Summâ vel tempore mitius cum eo duxerint agendum. Decernimus autem.

De solutio-  
ne pretij  
Curia  
rum optat.

autem Curias et Alodia percessum vel decessum, aut aliam ac-  
 tualem vocationem Præbendæ, aut Promotionem ad dignitatem  
 Episcopalem super Spontaneam dimissionem vel Curia sive Alodij  
 alterius assecutionem vacare, et in optionem venire debere.

19.  
 De vacati-  
 onibus ad  
 optan-  
 di.

**Item, Quod Canonicus causâ Studij Pe-** 32.  
 regnia nationis, defensionis Juris sui Super Prælatura vel Præben-  
 da, recuperanda Sanitatis apud medicos, aut legationis Dñi Episco-  
 pi vel Capituli juxta formam superius expressam, absens seu et  
 am in cura, et de familia dicti dñi Episcopi existens, dum modo  
 als ad hoc juxta formam superiorum Statutorum habilis fue-  
 rit, tempore hujusmodi absentia sua Curiam Canonicalem et allo-  
 dium, aut Alterum eorum si vacaverit, possit per procuratorem  
 suum modò et forma Superius expressis optare. Qui se autem  
 ex quavis alia causa duxerit absentandum, si alius habilis ad  
 optandum fuerit, ut præfertur Curiam et Alodium modò præ-  
 misso optandi per biennium tantum à die recessus sui ei sit con-  
 cessa facultas.

Absens  
 privilegia  
 ty optare  
 potest, du-  
 rante privi-  
 legio etiam  
 si biennium  
 excedat, si  
 privilegia-  
 ty intra bien-  
 nium tantum.

**Item statuimus, Quod si infra prædic-** 33.  
 tos XXX dies Domus Canonialis, sive Alodium vacans optata non  
 fuerint, Domus quidem manebit apud Canonicum illam dimitten-  
 te, vel eos qui in defuncti jure Successerunt, sed Alodium ad  
 Pistoriam devolvatur; poterunt tamen eos tunc lapsis videlicet  
 dictis XXX diebus per quemcumq; habilem Canonicum quoadcumq;  
 optari, dicto receptionis non servato ordine sed potius diligen-  
 tia prævenientis considerata.

De Domo  
 et Alodio  
 infra 30  
 dies non  
 optatis

**Item, Quod taxatio Curiarum Va-** 34.  
 cantium per scrutinium votorum, à Capitulo infra viginti dies  
 primos dietorum triginta fiat. Ita tamen ut nulla taxatio  
 sum habeat, nisi ad minus medietas votantium consentiat in  
 eandem. Quod si domus ipsa per Capitulum intra hujusmo-  
 di viginti dies taxata non est, Canonicus eam quoadcumq; optans  
 super illius prætio dictature Capituli stare non teneatur,  
 nisi voluerit, sed ad arbitrium, honorum Virorum venire  
 debet.

De taxa-  
 tionibus  
 Curiarum

20.

debet. Nisi aliter poterit cum ijs apud quos Domus reman-  
sit, convenire.

35.

Item, Quod Census Allodiorum pro

*Decensibus  
Allodiorum  
pro ratu.*

ratia temporis quò quisq; illam obtinuit, etiam post obitum ob-  
tinentis cedere debeant. Si verò Canonicus allodium suum quod  
per propriam familiam colere maluisset, per cessum vel decef-  
sum reliquerint, messis quidem manebit serenti, sed succes-  
sor inde de æqui-valenti, censu quò similia Allodia vendun-  
tur juxta ratam supra dictam respondeatur.

36.

Item, Quod Canonico Allodium

*Ne quis alie.  
net Allodium  
vel Curiam  
absq; consensu  
Capli.*

vel Curiam Canonicalem habenti, non liceat eandem sine  
consensu et speciali Decreto Capituli cuiquam vendere, donare  
aut permutare. Quod si fecerit Curia quidem vel Allodium  
vacare censetur, emptori verò vel permutanti, nullum in eo  
jus acquiratur, sed in optionem veniat. Quemadmodum in  
alijs occasionibus fieri est consuetu.

37.

Item, Quod liceat unicuiq; Canonico

*Hoc statutum  
restrictu est à  
Card. Commori.  
dono.*

sive præsens fuerit, sive absens duas Curias Canonicales, u-  
nam intra, et etiam extra muros Ecclæ simul habere, quas se  
compati posse declaramus, teneaturq; easdem per se vel Pro-  
curatorem suum in eius edificijs conservare, et etiam intra  
muros ruinosas restaurare, In quo si temerariè contra dictum  
fuerit, per retentionem fructuum Præbendæ suæ compesta-  
tur, et si negligens sit idem Canonicus donec reparationem  
hujusmodi perse fecerit, aliam Curiam optandi privetur po-  
testate. Aream verò sine edificijs intra menia habentem  
eam intra quinquenium non edificaverit eam alteri Canonico  
honestam domum in ipsa sine cunctatione et mora aedifi-  
caturò cedere, et dimittere sit obligatus.

38.

Item Statuimus, Quod quilibet Cano-  
nicus



nicus Allodium habens teneatur Registrum ab antecessore sibi tra-  
ditum continuare, vel novum conficere, in quo omnes et singulas  
redditus et proventus, locationes mansorum, emptiones et redemp-  
tiones, censuum aliaq; omnia, quæ ad illius administrationem fu-  
erint oportuna, de anno in annum habeat cōscripta. Et quoties illo  
dimisso aliud Allodiū voluerit optare, teneatur antequam ad op-  
tionem procedat, vel jam factam Capitulo intimet Registrum  
cum omnibus pecunijs, si quas ex rēemptione censuum vel ali-  
as pro utilitatē eiusdem allodij percepisset, Coram Capitulo rea-  
liter referre, et presentare, alioqui si in premissorū aliquo negli-  
gens visus fuerit, optandi siteā vice potestate et effectu priva-  
tus. Et nihil omniū pecunias, prædictas, si quas percepit, teneatur  
infra Statuendum, et terminū à Capitulo presentialiter deponere,  
quas unā cum literis censuum et alijs Juribus ipsius allodij  
in Castro Allenstein volumus conservari. Quod in omnibus  
Allodijs statuimus observandum.

21.

De lo-  
gestro  
Allodij.

De pecu-  
nijs censuum

Item, Quod quilibet Canonicus Allo-  
dium suum, si quod habet, per vel Procuratorem suum teneatur  
diligenti Curā ita administrare, ut in suis juribus conservetur  
neve occasione aliqua in periculum desolationis aut aliud de-  
trimentum deveniat. Quod si eius negligentia vel culpa fieri  
compertum fuerit, aliud optare non permittatur, donec ipsum  
Allodijum ad statum reformetur priorem, fructusq; qui in for-  
mationem convertentur huius modi, interim non percipiat  
ex eodem.

39

De confer-  
vatione Al-  
lodiorum.

## DE TESTAMENTIS.

Item statuimus, Quod Canonicus  
de pretio seu valore Curia sua Canonialis, ac etiam de alijs su-  
is quibuscunq; quæ in eadem Curia, vel alibi ubilibet loco-  
rum habet, vel possidet, possit tam in vita, quam in morte,  
libere

40.

De facult-  
tate testandi.

libere disponere et testari, pro ut sua placuerit voluntati. Quodq; testamento manu eius propria scripto, aut etiam manu aliena cum sua propria manus subscriptione, aut in duorum Presbyterorum, vel Notarij publici, et duorum testium, vel etiam De Solem. notarij tes. absq; Notario in trium fide dignorum Virorum presentia roborato, condito, vel facto, absq; aliorum documentorum vel solemnitate requisitione, fides plena adhibeatur, ut nisi aliud obsistat, legale reputetur, eiusq; executionis demandandæ authoritas apud Capitulum remanebit. Quod si Canonicum residentem antequam de rebus suis ut præfertur disposuerit, decedere contingat, dispositio omnium per eum relictorum, exceptis his que De Canonico intestato defuncto. intuitu personæ per eum quæsita fuerint, in quibus Hæredes succedat, ad Capitulum pertineat, quod quidem Capitulum relicta huiusmodi in Ecclesiæ vel pauperum utilitates convertat, debitis tamen omnibus, si quæ defunctus reliquerit, et de quibus liquidè constare poterit, prius integraliter persolutis. Volamus quoq; hanc ordinationem ad Praelatos et Vicarios Ecclesiæ extendi.

#### 41. Item. Quod executiones testamenti

De Testa. Praelatorum et Canonicorum in residentia defunctorum infra viginti dies à tempore obitus eorundem continuo numerandos Testamenta per eos condita prius quam executioni demandentur. Saltem ut de illorum legalitate omnis ambiguitas tollatur Caplo exhibere, et facultatem exequendi capere, sine contradictione teneatur, salvâ funeralium expeditione, quam etiam propriâ auctè facere possunt. Et si que in ipsis testamentis continerentur, quæ Ecclesiam et Capitulum concernerent, debent hæc ipsa eidem Capitulo fideliter edere, eorumq; copias præsentare infra tempus supradictum.

42. Item. Quod executores Testamentorum  
à Vicarijs

à Vicarijs conditorum, infra quindecim dies post ipsorum testato-  
rum obitum, et antequam illorum executio fiat teneantur hujus  
modi testamenta Caplo redere et presentare: Et si inter Execu-  
tores Nullus Canoniconum Nominatus existat, poterit Caplu si  
voluerit quò Vicarià vacantis indemnitati et testatoris voluntas  
debitè exequent melius consulat, unum ex Canonicis ipsis Nomi-  
natis Executoribus adungere, sine quo illi Executionem manda-  
tam facere non presumant.

23.  
De exe-  
cutione Testa-  
mentorum  
Vicariis.

## DE EQUIS & LEGATIONIBUS.

Item Statuimus. Quod quilibet Cano 43  
nicus completâ residentiâ XXX dierum superius expressâ, si re-  
sidentiam suam continuare, vel post absentiam reincipere inten-  
dit, debeat intra XXX dierum spatium immediate sequentium  
pro oportunitatibus Ecclæ et Caplo incumbendis tres equos  
proprios, quorum valor ad minus novem Marcas bonas secun-  
dum communem existimationem peficiat, sibi procurare, et de-  
inceps continuo teneresb pena solidorum octo cum dimidio, de  
singulis equis ex corpore Præbendæ toties quoties huic constitu-  
tione non satis fecerit, subrahendorum. Quod si alicui equum  
unum vel plures ex præmissis mori, aut aliquo violento casu  
auferri contigat, teneatur infra duos Menses immediate sequen-  
tes, de alio, vel alijs, similis valoris sibi providere. Sic tamen  
quod in terris onera, si qua explenda occurrerint, nihil omnino  
curet adimpleri.

De Equis  
alendis.

## Item Quod personarum electio pro op. 44.

portunitatibus, predictis, et legationibus exequendis tantum modo a-  
quod Capitulum existat, serveturq, inter canonicos quantum fieri  
potest æqualitas, ne quisquam præ alijs nimium gravetur ha-  
bitu nihil omnino respectu ad negotiorum incumbentiâ, qua-  
litate, et idoneitate personarum, earundem, Dñus quoq,  
Episcopus cum pro quibus curq, negotijs ad conventiones vel

De electi-  
onibus Le-  
gatorum

alia

24.

alia loca, iter fecerit aliquem Canonicum non advocet, vel secum recipiat sine Capituli prefati requisitione et Consensu.

45. Item. Quod Canonicus Capitula-

*De Execu-  
sationibz  
Legatoribz.*

ris pro legationibus seu opportunitatibus supradictis, aut quibuscunq; officiis Capitularibus subeundis, a Capitulo electus seu deputatus, teneatur sine contradictione illas vel illa explere nec se quoquo modo quo minus eas vel ea subeat, subtrahere debet. Qui si causas aliquas vel impedimenta, quibus se excusare niteretur, allegaverit, iudicio Capituli stabit, an propter eas vel easit ab huiusmodi onere rationabiliter relevandus. Alioquin si contumaciter se opposuerit, post binam monitionem decem Mar- cis ex proximis distributionibus per Administratorem Allensteinensem et detrahendis privetur.

46.

*De mittere  
dis literis  
Capitula-  
riby.*

Item. Quod literas Missivas Capituli in Melsak et alia loca ad quinq; Milliaria Ecclae vicina deferendas Canonicus Hebdomadaris suis impensis mittere teneatur, et quantum ad hoc munus explendum, non traditionem literarum, sed quando Capitulariter decreta sunt, tempus attendi debere declaramus.

DE OFFICIALIBUS  
et eorum officiis.

47.

*Officialis  
jurent.*

Item Statuimus. Quod Canonici et alij sive Ecclesiastici sive seculares officia sibi a Capitulo comissa gerentes quando proficiuntur, jurent officia huiusmodi fideliter et legaliter exercere.

48.

Item. ut debitus honor officialibus Capli, et alijs personis deferantur, ac dissensionum causa tollatur, Statuimus. quod quisq; officialis Capli sic sua jurisdictione et officio utatur, ut falcom suam messere prohibeat aliena, et ne quis errori sua ignorantia velum pratendere valeat, presenti Statuto duximus declarandum.

qua ad

qua ad quem vis debeat jurisdictio et Administratio pertinere. Administratores enim Allenstein, Melsakcen, Framburgen, et Tolckmiten, quisq; in Civitate et Territorio toto sui officio, rerum temporalium Administrationem et juris dictionem pariformiter Nomine Capli habeat, ad quod quemadmodum Domini superioritas pertinet, ita quoq; defectam reformatio spectet. Sic tamen quod magister Pistoria in Motendino Praeceptorio et Praeceptorio, ac in Proventum eorum tem extorfione, Magister vero fabrica in sui officij negotijs, et Magister Latomia, circa officium. Latomia; Domini Modiorum in suos Alodiarum, quantum ad exationem Censuum dum taxat, quilibet autem Canonicus in sua Curia Canonicali in suam familiam quantum ad causas domesticas, et actiones personales inter se et ipsam familiam pertinent, et in delictis, criminibus, et excessibus in Curia sua commissis, ratione loci juris dictionem obtineat. Qui libet preterea officialis, cui pro executione officij sui aliqui de subditis Capituli deputantur, per tempus deputationis hujusmodi super negligentis et excessibus animadvertere potest in eosdem. Non tamen volumus ad omnes praedictos juris dictionem sic pertinere ut eam a Caplo penitus abducamus, quin immo Caplum praemissis non obstant per viam querele vel apellationis, a subditis suis, ac, alijs universis ac singulis, liberè poterit adire. Et nihilominus a praedictis officialibus, et alijs personis jam judicata seu alias acta poterit idem Capitulum, si ei videbitur, citra tamen eorundem in juriam ex officio suo in melius reformare. Hac etiam provisione officiales et Administratores praedicti Apes, pullos, aut alios quosvis proventus, et alia emolumenta ex suis officijs sibi usurpent, aut in privatos usus convertant. De lignis autem animalibus, frumentis et alijs pro subsidio Subditorum Capli ac de muletis ratione excessuum pro qualitate rerum et personarum distribuant, exigant et remittant, pro ut sibi pro utilitate et honestate, Capituli et Subditorum eorundem juxta bonam consuetudinem visum fuerit expedire.

De Juris  
dictionib;  
Singulo-  
rum offi-  
cium.  
Capitula-  
rium.

Frumentum  
suppe-  
dant sub  
ditis Officia-  
les possunt in-  
ter Caplo.

De Siliginae

26.

De Siligine autem sine Consensu Capitulo quidquam vendere non præsumant.

49  
De Judi-  
cis compo-  
sitis et la-  
nonicis ac-  
tore.

Item, Quod si quis adversus quempiam de alterius jurisdictione existentem aliquid quasi rationis habuerit, dicitur etiam si Canonicus fuerit, coram suo eum convenit iudice competente, Cujus super questione mota definitionem sustineat, vel si se ab eo gravatum verisimiliter putaverit, facultas illi maneat ad Capitulum provocandi.

50.

Item Statuimus, quod Administratores supra dicti omnes et singulos officiales, et Magistratus, qui in Civitatibus et Castris sub eorum jurisdictione consistentibus deputari consueverunt, ex officio suo constituere et destituere possint, exceptis advocato, Oeconomio, et Burgrabijs quorum electio et dispositio aput solum Capitulum remanebit.

51.

Item, Quod singulis Annis, omnes et singuli officiales Capituli, sive Ecclesia persona fuerint, sive Saculares, officia sua quæ eo Anno gesserunt modo et temporibus infra scriptis eidem Capitulo resignent, Canonici videlicet ab Administratoribus incipiendo nec non Advocatus in Frauenburg, et Burgravius in Tolkemit, in Capitulo Generali quod post festum omnium sanctorum celebrari consuevit, et ipsius Capituli Burgravius, et Camerarius in Melsak in festo S. Martini, in Allenstein autem et Burgravius in festo Circumcisionis Dni, in Dnorum Administratoris et Visitationum, alij vero ubicumque officia sua huius modi scum presentatione Regestrorum obtineant in eorum sub quorum jurisdictione existunt manibus officia sua, sigillorum, Clavium, et aliarum rerum officia ipsa concernentium realiter resignare teneantur. Et de excessibus, negligentis et alijs per eos forsan in debite usurpatis alienatis, commissis, vel gestis, tunc vel alijs quodocumque

# tanquam tacite resignatum habeatur, et Capitulum de illo 27.

— quando cunqz, Capitulo respondere, illiusqz super his iudicio subiecti esse debeant. Quod si eorum aliquis in praemissis, vel alijs Super hoc ei Statuendis locis et terminis, quancunqz, ex causa non comparverit, aut praemissa facere neglexerit, officium nihilominus # tanquam vacante, sine alia admonitione, vel absolute, prout ei visum fuerit, disponet.

Item. Statuimus. Quod Administra 52  
tores absoluti ab officijs suis, registrum et libros in quibus Villa Censuum et bona Capitularia sunt conscripta, ac Administrationis sua, rationes sua propria vel alterius Canonici manu scriptas sigillatqz, abductis ab officiorum praedictorum in Capitulo Praesentare nec non de rodijs, armis, formentis, frumentis, alijsqz rebus, et bonis ad Administrationem, munitionem, provisionem Castri Allenstein, ac Curiarum Melsak et Tolkenit pertinentibus, et alijs per eos ibidem relictis, cum Inventarij exhibitione rationem in eodem Capitulo facere sint adstricti.

De adm:  
nistratibz  
abductis ab  
officio.

Item, Quod nullus Canonicus sub 53.  
ditis Capituli rusticalia servitia, quae vulgariter Scharwerk nuncupantur, qualiacunqz audiat imponere; nisi hoc ei ratione officij im-  
functi competeret, nec tantum quidem pro suo aut alterius privato commodo id facere liceat, nisi licentia Super hoc ab eodem Caplo petita fuerit, et obtenta.

De n' impe  
rodus con  
artio nio  
officibz.

Item. Quod nullus Prelatus Ca= 54  
nonicus vel Vicarius res et bona quaecunqz mobilia ad Ecclesiam vel Capitulum pertinentia, sine illius Consensu, ad quem cura eorum pertinet, usurpare seu occupare praesumat, alioquin si post requisitionem, eide Super a Capitulo factam, infra unius mensis spatium occupata huiusmodi cum emenda Damnorum propterea pasorum, et per ipsum Capitulum astimandorum non restituerit, cum effectu, si Capituli bona fuerint, per retentionem fructuum Beneficij sui ad Valorem debitum satis facere cogatur

De non u.  
surpandis  
rely Ecclie.

coyatur de præmissis nisi pretenderet occupata huiusmodi ad se pertinere, quò casu defensio ei legitima non denegetur si verò Ecclasia vel eius fabrica bona fuerint, supra dicta ad Dñum Episcopum vel eius Vicarium negotium deferatur.

## DE VISITATIONIBVS.

55. Item, Statuimus. quò Singulis Annis

De Officijs  
Visitato-  
rum.

in Capitulo Generali quò circa festum omnium Sanctorum celebrari consuevit, duo de Canonicis Capitularibus deputerent, Qui tam Administratoris Melsacensis pro dieb. Martini in melsak, et pro festo Circumcisionis Dñi in Alentein constituti omnes defectus tam in hominibus, quàm in Territorij statu studiose perquirant, quos curent proinde reformari, causasq; et querelas ac alia negotia subditorum, diligenter discutere, et iudicare, grauiores casus quos decidere non possunt, pro eorum reformatione seu decisione ad Capitulum deferentes. Qui si forsandeputati predicti vel aliter eorum impedite legitime negotium huiusmodi temporibus predictis adimplere non possent, Capitulum illorum loco alium, vel alios surrogare poterit, si ei videbitur expedire.

## DE CONGREGATIONIBVS.

### Et Actis Capitularibus.

56. Item, statuimus. quò Nullus Præla-

Prælati  
in  
præbendat  
in Capitu-  
lari.

torum Capitularis esse censeatur, aut ad Capitulum recipiatur, nisi Canonicatum simul cum Præbenda in Ecclia obtineat memorata, prout etiam hactenus fuit observatum.

57.

De Capitu-  
lis Gene-  
ralibus.

Item, ut utilitati Ecclie ac Capituli ac illius subditis qui pro Causarum decisionibus, et alijs suis negotijs ad ipsum frequentius confugiunt, salubrius consulatur, Statuimus quò Singulis primis sextis ferijs duodecim Mensium usualium Calendario



Calendario in scriptorum, si tunc Festum celebre non fuerit aliqui proximo die, procedente qua tale festum non occurrit, Canonici Capitulares presentes ad Sonum Campana Capitularis, sive ad hoc petitor appareat sive non, ad celebrandum Capitulum generale conuocentur. In Ianuario, autem, Mayo, Augusto et Novembri propter congregationes generales quae in eisdem Mensibus, videlicet Sactorum Agnetis Ioannis ante portam latinam, Agapiti, et animarum crastinis diebus, aut ferijs secundis si in Dominica fuerint Annuua Observatione Capitulariter celebrentur, nisi aliqua instans necessitas, vel evidentis causa necessitatis exegerit, non erit necesse in illorum Mensium primis sextis ferijs Capitulum convocari.

Item, Quod habeatur Campana Capi-

58

tularis quae pro nullo alio usu, quam pro Canonico Capitulari conuocatione ad mandatum Praesidentis pulsetur, quoties Capitulum generale fuerit Statutis diebus congregandum vel tenere Majori Sigillo Capitulari sigillanda, terclino pulsu facto ad horam tertiarum, id est, post primam missam vel Matutinalem Missam in Capitulari loco conveniantur, ubi vero magis ardua veniunt tractada negotia, aut in quibus acceleratione opus est, his pulsetur, et a secundo pulsu, uno dumtaxat latere Campanae tinitus fiat, in signum quod mox pulsu finilo Capitularis sit conuentio necessario faciendaa.

De Campana Capitulari.

Item, Statuimus, quod Canonicus

59.

qui ad Praemissa duodecim quae Generalia vocantur, et Singula alia, per annum celebranda Capitula per Praesidentem vel ad pulsum Campanae vocatus venire violenter neglexerit, sive contempserit, legitimo impedimento cessante, quod eidem Praesidenti significare debet, quoties in hoc culpabilis reperi tus fuerit, in solidis quinq; de proximis distributionibus per Administratorem Allensteinensem faciendis ei; subtrahendis puniatur.

Si Canonicus violenter contempserit.

puniatur. si vero necessitate aliquâ aut arduis negotijs incidentibus, per presidentem secundum intimatione hujus modi necessitatis vocatus venire recusaverit, nisi se super hoc capitulariter conventionem per se vel alium excusare legitime poterit, Marcas quinq; in pœnam solvere sit obligatus, quæ ei de proximis similiter per Administratorem Allensteinensem faciendis distributionibus detrahantur. Nullus quoq; Capitulo Præsens, nisi à Presidente de permissione Capituli licentiâ obtentâ inderere dat. Subsilimi Solidorum quinq; pœna ei ut Supra detrahendorum.

60. Item, Quod Consilia, vota, Decreta,

De Secretis Capituli  
n<sup>o</sup> 1002  
Landis.

gesta, et gerenda Capituli, quæ tanquam secreta celanda, sunt, præterea quæ pro Juribus per Presidentem, de voluntate Capituli declarata fuerint, ac jura et munimenta Ecclæ, quæ periculosum foret pro-palari, ea quoq; quæ quis in Capitulo protestando dicit, se Capitulariter dicere vel facere, nisi talia essent quæ de jure celari non debent, nullas sub pœna perjurij et exclusionis à Capitulo revelare audeat, quousq; per idem Capitulum decreta fuerint publicata.

61. Item, Quia frequenti experientia

De Actis Capitularibus  
n<sup>o</sup> 1003  
Landis.

comperit ex eo qd Capitulariter conclusa scriptura ad miniculo non sint memoria mandata, errores varios emerisse, Statuimus quod inter Capitulares Canonicos post prelatos receptione junior, actus Capitulares, et alia quæ per Capitulum aut Presidentem mandata fuerint annotari, consignet. Ardua verò et alia per idem Capitulum conclusa, si hoc decretum Capitulariter commissum fuerit, per se, vel alium Capitularem ad librum ad hoc deputatum, intra mensem post decretum hujus modi fideliter describat; sic tamen quod formulam prius conceptam Capitulo offerat emendandam, et approbandam. In quo si negligens fuerit, toties quoties in unius modij Siliginis distributione

butione puniatur, Idem quoque liber extra locum Capitlarem nequaquam deferatur sine Capitlari licentia speciali.

**Item.** Quod Nullus canonicorum arma quacunque ad Capitulum ubi congregatum fuerit, deferat, serveturque in Capitulis debita semper honestas, nec aliquis Capitularis Vocem suam praesopere, vel alios impediatur vel conturbetur, juxta Ordinem libere quilibet profert votum suum, Nullus quoque Capitulis Contra alium Capitulum dum Capitulum celebratur, in Verba, in honesta, contumeliosa, seu injuriosa prorumpat, aliqui autem Siliiginis participatio ne ad arbitrium Capituli sit suspensus, donec eidem Capitulo et persona offensa satis fecerit, de praemissis.

## De Literis Consuum

**Item,** statuimus quod quicunque contractus, quos super censibus in bonis intra Dominium Ecclesiae consistentibus, per quem vis Canonicum vel Vicarium vel aliam quamcunque personam sine Domini Episcopi, si ad Episcopalem, vel Capituli sui ad Capitlarem Ditionem bona spectent, expresso consensu fieri deinceps contigerit, nullius sint roboris, vel momenti: Possesor quoque honorum eorundem ad praestandum Censum hujusmodi obligatus non existat, sed Capitulum Sumam restituere teneatur quae Domino in penam temeritatis huiusmodi ipso facto confiscata existat; Literae quoque sive instrumenta per quemcunque Notarium publicum super permisis confecta, quantum ad effectum Contractus hujusmodi nullam in judicio vel extra obtineant vigorem, nisi. D. Episcopi vel Capituli utriuslibet eorum id interfuerit, sigillis fuerint munita.

## De Vicarijs & eorum Officio.

**Item** statuimus. Quod Vicarius habens vicariam de Collatione D. Episcopi seu Capituli, aut alicujus Praelati vel Canonici, ratione dignitatis, vel Praebendae suae

Sua existente, præter Consueta Ecclesia vel chori onera, teneatur in Altari Collatoris sui, Missam, quando Deus ei gratiam inspiraverit celebrare ipsiusq; altare diligenti curâ inspicere, ut in vestibus, ornatibus, cereis, et alijs requisitis proportionem temporum debito cultu eâ deserviat, et mîduni conservetur. Collatoris ipsius expensis, nisi de voluntate eiusdem Collatoris aliter fuerit Ordinatum. Quod si contigat Canonico cum propter absentiam Prælaturam, vel factam optionem ad aliud Altare se transferre, Vicarius nihil omnino in suo loco permaneat, neq; titulum Vicariæ suæ propterea transmutet.

**Os.** **ITEM**, Statuimus Quod cum officiorum electiones sunt  
*De Confer-* unus de gremio Capli deputetur Vicariorum conservator, qui om-  
*vatori Vi-* nium in Ecclesia Varmien<sup>en</sup> existentium Vicariarum iuribus  
*Canonico* censibus alijsq; rebus, ac bonis conservandis, et distributioni-  
 bus, ex eis debitis faciendis superintendat, ad quem etiam  
 ipsi Vicarij emptiones et redemptiones censuum alijsq; ardua  
 temporalem administrationem attinentia, referre debent sine  
 cuius voluntate, et consensu in emptiones censuum et alios  
 similes contractus nulla pecunia exponatur, nec alienatio-  
 nes alijsq; fiant rerum præciosarum. Litteris verò tam fun-  
*De Lite-* dationem quam Censuum ac alia quæcunq; jura Privilegia  
*Et Vic-* et munimenta omnium et singularum Vicariarum pro ce-  
*nomi-* rum tutiori custodia volumus apud Administratorem  
 Capli in arce Allenstein<sup>en</sup> <sup>habere</sup> servari, quarum copias sive  
*De Vica-* transumpta ipsi penes se Vicarij Communes Proventus  
*rijs Com-* habentes, duos ex se annuatim eligant Procuratores, qui  
*munitatis* de colligendis distribuendis censibus Communibus curam ge-  
 rant, de quibus Annis singulis dicto conservatori obtato  
**Ob.** Regestro rationem sufficientem facere debent.  
**ITEM**, quod quilibet Vicarius omnia et singula clonodia,  
 ornatus,

ornatus, vestes, libros, ac alias res, ad altare cui deservierit aut ad Vicariam suam pertinent, quae sibi per Collatorem suum committentur, fideliter conservare, de quibus quoties per ipsum Collatorem vel per Conservatorem requisitus fuerit, rationem dare sit adstrictus, quod si aliquid ex eis desidia, negligentia vel malitia eius perierit, vel deformatum esse compertum erit, talis a perceptione fructuum et distributionum Vicariae suae sit suspensus, donec alienata vel amissa in debito valore compenset, et deformatam reformet, Quod si haec contingam flant, ipsum decedere vel Vicariam dimitti contigerit, omnia bona ejus mobilia et immobilia sint eo ipso arrestata et testamenti ejus executores illud nullo modo exequantur donec de integritate Altaris, vel Vicariae ac satisfactioe omnium praemissorum sufficienter sit cautum.

### Item, Cum Vicarij Ecclesiae Varmien<sup>67</sup>

ratione Vicariarum suarum ad quaedam Personalia onera sint obligati, sine quibus Divinus Cultus in ea Ecclesia servari non potest, et indignum sit residentes absentium onere gravari. De Vic. rjs absen. 463.  
 Tuimus: ut si quidem ex vicarijs, quorum proventus viti et communes existant, alibi residere, aut diuturnam absentiam committere contingat per substitutum praesentiam suam supplere non permittatur, sed pro simpliciter absente habeatur, ejusque vicaria portio in augmentum praesentium similes Vicarias obtinentium cedat, qui illius absentis onera quoque supportare debebunt. Si vero ex vicarijs illis qui districtos De Vic. rjs dist. 463. Vicariarum suarum redditus, aliquem taliter abesse contingat, (Quando quidem hujus modi Proventus a vicarijs communicari non possunt) debet ipsius Vicariae Collator vel eo absente Conservator Vicariarum curare ut onera Ecclesiae choriad quamque ipse Vicarius, si praesens esset obligaretur, per substitutum aliquem ad hoc habitum iusto stipendio ex propriis Proventibus

Proventibus persoluto expleant, Reliqui vero proventus si Super his in absentia percipiendis absens Vicarij a suo Collatore licentiam et favorem obtinere non poterit in utilitatem et augmentum ipsius beneficij convertantur.

68. Item, Quod Vicarius sine licentia et facultate Collatoris Suae Vicaria absens, post requisitionem ei pro parte ejusdem Collatoris legitime factam, teneatur ad personalem residentiam infra ei competentem statuendum terminum venire, nec se pretextu cujuscunq; alterius beneficij similem residentiam aut personale Ministerium requirentis aut alia quavis occasione, vel causa quo minus requisitione pareat supra dicta subtrahere. Alioquin si contumaciter restiterit D. Episcopus, Caplum, Praelatus, vel Canonicus, de cujus collatione Vicaria ipsa existerit, post trinam monitionem ipsi absenti sub privationis pana cum competentibus temporum intervallis, et terminis super hoc personaliter factam, de eadem Vicaria tanquam renuntiata, seu derelicta, ac vacante, in alteris personam disponere libere possit, ipseque absens illa perpetuo privatus existat ipso facto, salvo nihilominus jure patronatus personae cujuscunq; cujus ad promissa accedere debet consensus.

## De Lectione Statutorum.

69. Item, Statuimus quod Statuta et Ordinationes praescriptae semel singulis Annis videlicet Quatuor temporum post cinerum, scilicet Canonice Capitularibus et non Caplaribus, ac etiam Vicarijs ad Sonam Campanae Caplaris convocatis per juniorem Canonicum vel alium idoneum Caplarum, cui id commissum fuerit, distincte et intelligibiliter, secundum quos eosdem Caplares et non Capitulares ac etiam Vicarios respective concernunt, legantur.

ne quisquam

ne quisquam periurij periculum possit incurre, aut ignorantiam eorundem prætendere voleat, seu alegare.

Premissa, Omnia et Singula quoties opus fuerit declarandi, interpretandi, optandi, corrigendi tollendi, emendandi, et in melius reformandi, ac etiam in eis dispensandi. Nobis et Successoribus Nostri hoc est Episcopo Varmienſi vel ejus Vicario ipso in remotis agente, ac majori et Seniori parte Capituli conjunctim, auctoritatem et potestatem omnimodam reservamus.

Decreta, Ordinata et Constituta Sunt hac, apud Ecclesiam Nram Varmiensem in Capitulo Generali propterea Solemniter constituto et celebrato. Anno à Nativitate Dni. Millesimo Quingentesimo Trigesimo Secundo. Die Decimâ nonâ Mensis Martij. In quorum omnium fidem et testimonium hoc præsens, Statutorum Volumen sigillor<sup>um</sup> Nrorum Episcopalis et Capitularis apensione jussimus munire.

DECLARATIO ARTICULI STATUTORUM XXVIII. p. 16

Super trienniali Studio Canonici de novo intrantis.

Nos JOANNES D. G. EPISCOPUS VARMIENSIS

Notum facimus Universis quibus expedit, quod Articulum Statutorum in Ordine Vigesimo Octavum, qui de trienniali Studio, tum legitima aetate, et reliquis legalibus conditionibus novi intrantis disponit, ob varios casus et respectus de super emergentes, et jam antea Practicatos, ita declarandum putavimus,

tavimus, prout vigore presentium declaramus: Quod ne utiq;  
de novo intrans ad residentiam recipiatur, aut habilis residere  
censeatur, nisi doceat, quod per triennium in Studio Privilegiato  
bonis literis antea contineat sine interruptione, aut temporis in-  
tervallo incubuerit: In quibus si defecerit, nullò modo Primi  
Anni residentia gaudeat. Nam in illis Statutis derogamus.  
Sed statim, ut in instanti post receptionem ad præmissa com-  
plenda compellatur, nec illos fructus mereri, sic residens  
testimetur. In cuius fidem et testimonium sigillum N<sup>ost</sup>rum  
presentibus est subimpressum. Actum in Arce N<sup>ost</sup>ra Heilsberg  
vigesima nona mensis Martij. Anno Domini Millesimo  
Quingentesimo Quadragesimo. In hac declarationem vene-  
rabile Capitulum concensit, et eandem in omnibus et sin-  
gulis præmissis acceptavit. Anno Domini 1540.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI  
JESU CHRISTI. Amen

Cum in Eccl<sup>a</sup> varmiësi aliquot anteactis Annis inter Præ-  
latos et Canonicos paucissimi essent Præsbyteri, tamen si pos-  
tea cessante per Dei gratiam defectu istiusmodi, jugè Sum-  
mi altaris Sacrificium statim festivitibus juxta statum et  
morem Eccl<sup>e</sup> frequentaretur ab eisdem, minus tamen, et rarius,  
quam deceat Cathedralē Eccl<sup>am</sup> id fieri animadversum est. Pro-  
inde postea quam sacrosancta Synodus œcumenica in qua cum  
deformatione cleri, tum de augmento Divini cultus, præsertim  
in Cathedralibus Eccl<sup>is</sup> multa sanctissima decreta et consti-  
tuta reperiuntur, Tridenti feliciter absoluta est.

NOS STANISLAVS HOSIUS.  
Divinā Misericordie Tituli sancti  
Pancratij S<sup>ac</sup>tæ Romanæ Ecclesiæ Præsbyter Cardinalis, Episcopus  
copus Varmiën, ac Prælati et Canonici Eccl<sup>e</sup> Varmiën Capitu-  
lūm,



tulum, legitime representantes, Zelo Domus Dei et dilectionis decoris illius, augentiq; divini famulatus studio adducti, vocatis, ad hoc his, qui de jure vocandi erant constitutiones, Ordinationes, reformationes, declarationes, et Statuta ferimus infrascripta, quibus nos et Succores Nostros, ac omnes quorum interest a Jesu Christo Circumcisionis Domini. ANNO, a nativitate ejusdem Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Septimo, futuro, volumus ligari, antiquis Statutis de Anno Domini Millesimo Quingentesimo Trigesimo Secundo editis, et quibuscumq; inde secutis declarationibus qua usu approbatae sunt, ac consuetudinibus Ecclesiae quae infra scriptis non Contrariantur, Nihilominus in suo robore et vigore permanentibus.

**Primo.** Statuimus et Ordinamus, qd quilibet Praelatus et Canonicus antequam admittatur ad Personalem Possionem, post consuetum de observandis Statutis et Consuetudinibus Ecclesiae juramentum, per ipsum praestitum, teneatur in Super in Capitulo, etiamsi coram Episcopo et Gnali ejus Vicario seu officiali fecisse id cum constiterit, publicam Orthodoxae fidei facere professionem, Spondere et jurare corporaliter in haec verba.

## PROFESSIO FIDEI.

Credo et Confiteor utriusq; testamenti Scripturas esse Sacrosanctas, et Divinitus inspiratas. Articulos fidei qui continentur in Symbolis Apostolorum et Conciliorum Niceni et Constantino-politani Primi, nec non omnia quae de fide Superioribus Aemoneis Conciliis et Novissime in S. Synodo Tridentina definita sunt, firmissime amplector et teneo, Sacrorum vero librorum Canonem eum agnoscō et credo, quem eadem Sancta Synodus, declaravit et confirmavit. Nec ad illorum approbationem retineo, quem unanimes consensu Patrum  
# privata in nitor prudentia, sed cum sensum # et Com.

et Communis Ecclæ Catholica usus docuit et tradidit, Traditiones  
 sive scripto ab Apostolicis acceptas, et Continua successione in Ec-  
 clæ Catholica conservatas, vel ore tenus a Christo vel a Spiritu S. dic-  
 tatas suscipio et veneror. In super de Septem Ecclæ S. Sacramen-  
 tis, in primis autem de augustissimo Eucharistia Sacramento et Missæ  
 Sacrificio ceterisque dogmatibus adversus Hæreses his temporibus exor-  
 tas cum eadem S. Synodo Tridentina sentio et credo, damnanans et de-  
 testans omnem Hæresim, quam eadem S. Synodus damnavit atq;  
 anathematizavit, postremo S. Romanam Aplicam omnium Ecclæ-  
 siarum Matrem agnosco, et Beatissimo Papa Nro Pio IV. pon-  
 tifici maximo ejusq; Succoribus debitam in Christo obedientiam  
 exhibeo, et exhibendam profiteor, atq; in eadem S. Romana et  
 Ecclæ obedientia me permansurum spondeo ac juro. Ita me-  
**DEUS** adjuet, et hæc S. Dei Evangelia.

Item, Statuimus, Ordinamus, et declaramus; quod Statutum  
 Ecclæ in ordine secundum, quod incipit, Item Statuimus et  
 Ordinamus quod Canonici residentes. Omnes quidem Cano-  
 nicos Præbendatos et ad Præscriptum Statutorum residen-  
 tes, in quocumq; ordine Sacro constitutos quo ad conservationem  
 hebdomada de qua Statutum immediate sequens, quod est in or-  
 dine tertium Patius disponit, adstringat, sed quod idem quoad  
 officia et onera qua in ipso expressa continentur, Canonicos  
 solos Præbiteros residentes, obliget, et quod ultra festivitates  
 inibi expressas, et alia tempora Consuetudinem Canonici Præbiteri  
 teneantur omnibus diebus Dñicis totius Anni, ac in die Anima-  
 rum Sumam Missam cum Cantu celebrare, tunc Similiter Mi-  
 nistros altaris cum Campanatoribus, et in Super Organista  
 quoties in Organo sonat, in prandio procurare, exceptis quin-  
 ta et sexta feriis hebdomada Majoris et Sabatho S. et Virgi-  
 lia Pentecotes, quibus diebus in prandio procurare eos non  
 erit necesse, ad quæ omnia et singulariter peragenda, quilibet Ca-  
 nonicus

nonicus Presbyter ultra hebdomadam Canonicalem quae ipsum pro tempore contigerit, servabit seorsim eò ordine et modo suam hebdomadam Presbyteralem, quam ad differentiam hebdomadae Canonice Turnum: appellari placuit, ita quidem ut quisque perse vel alium Canonice habitum, suum munus Sacerdotale obire sit adstrictus, à quo eum nec ulla Legatio, nec infirmitas, nec aliud quodvis negotium relevabit, sub penis in Statuto expressis, salvà consuetudine de peragendo jam Nocturno quam diurno ad omnes horas, quam missus officio primis binis diebus in festis Natalitjs et Resurrectionis Dni ac Pentecostes per Majores Dominos Praelatos, aut deficientibus illis Ordine succedentes Canonicos Seniores, in ordine Presbyteratus constitutos Turno alijsque quo ad onera et penas salvis permanentibus. Quod si tamen alicujus Turnus in sumam hebdomadam Canonicalem inciderit, illa una eademque hebdomada expleta censeatur simul utroque munere defunctus esse.

**Item.** ut qui plus laborant si non etiam verbo, saltè reconci-  
liationis Ministerio officiantur majore premio, ut suus cuiusque  
dini honos habeatur, Statuimus Ecclesiarum bene constitutarum  
more, quod quilibet Canonicus Praebendatus, qui juxta Statuta  
continue residens censeatur, omnium et Singulorum fructuum,  
redituum, proventuum, distribuonum, obventionum, et emolu-  
mentorum, quorumcumque, si et postquam eorum, aliquod secundum  
Statuta et consuetudinem Ecclesiae deservierit, actu quidem Presby-  
ter, qui ipse Missam Canonicalem in Ecclesia Varmiensi cantu  
celebravit semel integram, Diaconus vero dimidium, et sub-  
diaconus tertiam partem pro sua rata percipiat, nisi aliud cui-  
quam eorum obsistat, quo minus portionem suam mereatur:  
exceptis tamen supra hebdomadales pecunias ac dimidium cor-  
pus Praebendae residendo per hebdomadas à quibuscumque integre  
deserviri solitum) lignis et feno ac in saepe Siliginae ex  
Molendino



Molendino Frauenburgen proveniente ferinis et Carnibus quibuscunque, mactatorum animalium, piscibus, spice, rapis et leguminibus, nec non Sacticynis quibuscunque, quæ omnia et singula si et quoties ea distribui contigerit, æqualiter participare debent, cum omnes cujusque Ordinis existentes, justum numerum familiae, et equorum alere ac æqualia onera Capitula ferre necesse habeant, reliquis aliis distributionibus et proventibus quibuscunque, tam futuris quam presentibus, pro rata uniuscuiusque Ordinis Canonico rum, Salvis permanentibus, Si rata Præsbyteri ad Octonas lastas non pertingat, hæc proportio servabitur, ut Diaconus Subdiaconum, et Præsbyter Diaconum binis lastis superet in participatione. Si autem rata Præsbyteri ad Octonas lastas pertigisset, sive excedat eum numerum usque ad duodenas lastas inclusive, Subdiacono quaternæ lasta Diacono senæ assignabuntur. Quod si vero rata Præsbyteri duodenas lastas excedat pro rata uniuscuiusque Ordinis Canonico rum, ut supra divisio fieri debet. Cæterum Canonicus qui in sacro Ordine constitutus non est, ad complendam primam XXX dierum residentiam volens admitti, debet, sed ad continuandam seu faciendam, residentiam Canonicalem ac etiam participationem Vigilantium, nec non optiones quascunque, deinceps in habilis omnino censetur.

Item, Cum Ordo dictet rationis, ut qui abstinent ab officio idem Carcat etiam beneficio, et qui paratus est fugi officio, eidem ne præripiatur, prima quaque occasio, Statuimus, et declaramus, quod Canonicus Præsbyter quam diu Missam Canonicalem per seipsum Cantu non celebraverit, pro Diacono quo ad participationem habeatur, Volens autem celebrare aliquâ die Dominica aut festo Celebrari, antequam suus Turnus ipsum contigerit, si id præcedenti die per aliquem ex Ministris Altaris, aut per Campanatorem Canonico Turnario intimaverit, nullo a liquo obsistente

obsistente ei impedimento, omnino admitti debet, Turni Ordine Salvo permanente, Verum tamen in ipso Natali Dni aut festo Resurrectionis et Pentecostes Canonice sic celebrare volenti, id ipsum non erit liberum, nisi ratione Prælatuæ aut Senj Canonicales, hoc ei competierit.

Item, Ne Diaconi et Subdiaconi nuda et otiosa gerant nomina, Statuimus, et Declaramus; quod Diaconi residentes juxta ordinem receptionis Suae et alias juxta Statuta in ordine quintum, etiamsi tres vel plures Præsbyteros residentes post se receptione juniores habuerint, qui ipsos ab officio Diaconali relevare possint, Homilias omnino legere teantur, ita tamen, ut Præsbyteri juniores si opus fuerit, juxta prædictum Ordinem, idem munus explere quoque sint obligati, sub pena in Statuto expressa. Quin etiam idem Diaconi et Subdiaconi residentes Episcopo in Ecclâ Varmiën Divina officia celebranti simili modo quisque in suo officio ministrare, et alia onera omnia ordini ipsorum incumbentia perse obire teneantur sub pena prædicta, non obstante ipsorum erga Præsbyteros juniores Senj vel Priores receptionis prerogativa. Salvis impedimentis in dicto Statuto quinto expressis.

Item, Cum æquum sit, ut qui minus participant, diligentes minus etiam puniantur negligentes. Statuimus, quod in negligentia versuum Responsionum Vespertinorum, et alleluja seu tractus in Missa ac introitus matutinis et aliorum per Canonicos cantari solitorum, quilibet Diaconus in quatuor et Subdiaconus in tribus solidis puniatur, parâ alioqui in Statutis expressa, quo ad Præsbyteros in tegrâ permanente, Salvo jure nobis et Successoribus Nostri, hoc est, Episcopo Varmiensi, vel ejus Vicario, ipso in remotis agente, ac majori et Seniori parte Capli conjunctim præmissa omnia declarandi, interpretandi, corrigendi,

rigendi, tollendi, emendandi, addendi, et in melius reformandi  
 toties quoties, opus fuerit. Decreta Ordinata et Constituta  
 sunt hæc apud Eccliam Nram Varmiensem in Capitulo Gene-  
 rali S. Agapiti ad Sonum Campanæ Captaris et hoc Solemniter  
 celebrato Anno à Nativitate Dni. M. D. L. XV. In quorum om-  
 nium fidem et testimonium eadem Sigillorum Nrorum Car-  
 dinalitij seu Episcopalis et Capitularis appensione iussimus  
 communi.

## STATUTUM de CANONICO in residentia defuncto super participa- tione Consolationum.

Quando quidem rationi maximè consentaneum est, Simulq;  
 Summa cum aequitate conjunctum, ut Canonici Cathedralis Ecclæ  
 fructu laborum et Suptuum suorum, quos quisq; pro tolleranz  
 dis tam Ecclasiastici Senatûs, quam ceterialit militiæ oneri-  
 bus impendit, non fraudentur, sed depositâ licet carnis sarcinâ,  
 exauctoraticè justius meritorum suorum solatium consequantur,  
 quo ala cricribus animis, dum in hac Statutione versabantur  
 incumbetium sibi munerum incommodo ad extremum usq;  
 Spiritum susceperunt.

NOS MARTINVS CRAMER  
 D. S. EPISCOPVS, nec non Prelati  
 Canonici, et Caplum Ecclæ Varmiensis. Statuimus et  
 Ordinamus. ut accedens aliquis è Canonicis apud Ecclesiam Var-  
 mien sè residentibus, qui ad præscriptum Statutorum ipsius  
 Ecclæ testatus sit pro rata parte supportata per ipsum residen-  
 tia, Caltimò ejusdem residentiaæ suæ Anno à Festo S. Marti-  
 ni Episcopi, proximè tunc præterito, aut si is post illud Festu  
 ad Eccliam accessit, à diè adita residentiaæ hujusmodi usq; ad  
 diem abitus

diem obitus sui inclusivè computato) omnium et Singul<sup>arum</sup> 43.  
larum consolationum seu restantium Summarum ex Admini-  
strationibus Allenstein, Melsak, Frauenburgen, et Tolkmitten,  
ac Molendino, Frauenburgen, annexisq; eodè Molendino officijs)  
deductis quidem expensis, in ratione Caplari, qua in Caploge-  
nerali post omnium Sanctorum haberi consuevit) pro tempore  
emergentium insuper et Novorum Censuum, è tractibus  
Melsacèn et Tolkmitten ad Festum S. Martini proxime tunc  
futurum colligendorum (Nisi aliud Canonicum ei obsistat) re-  
aliter sit participes, quod idem de pecunia libertatis è tractu  
Melsacèn ad Festum Purificationis B. Mariae dependanda  
et Distribuenda observandum, per omnia intelligatur. Resi-  
dentia quidem cujusq; Canonici momento, quod ad hunc Pro-  
ventum attinet, à dicto Festo Purificationis, aut si quis pos-  
terius ad Eccliam venit, à Die inchoate pereum residentia  
ejusmodi, usq; ad Diem obitus ipsius, inclusivè, ut præfertur  
computato, usq; Canonicus de omni parte, rata ipsum sic  
contingente, sicuti de alijs bonis suis intuitu Ecclia acquisitis,  
causa mortis secundum prædicta Statuta liberè si velit dispo-  
nere valeat. Portione quidem ipsius ex omnibus et Singulis  
officijs prædictus si intestatus decesserit, ex laterana vero sive  
Latomia et Avena censua ad Festum Sancti Martini proxime  
tunc futurum. exij solita, etiamsi Testamentum post cere-  
liquerit, solis superstibus residentibus rationiq; interessenti-  
bus Canonicis (prout ab immemorabili tempore rationabili et  
præscripta consuetudine in hanc usq; diem inviolabiliter obser-  
vatum exstitit) accrescente, im primis tamen mercede familia  
defuncti, alijsq; liquidis debitis, si qua fuerint, ex ijs distribu-  
tionibus, quasille Personaliter, dum viveret, in Ecclia meruit.  
morte vero præventus, non tulit, quod ejus fieri poterit persolu-  
tio. Porro ut hoc Statutum sit firmum et perpetuum jura-  
tumq;

tumq; censeatur, mandamus illud copori juramentorum et Statutorum inseri Eccl<sup>a</sup> et Capituli, atq; una cum ejus dem stato tempore, Capitulariter legi: Declarantes simul eo, uti nos presentes ex nunc, ita et Succores Nros ligatos fore perptuo. Superioribus alioquin Eccl<sup>a</sup> et Capituli Statutis per omnia salvis. In quorum pramissorum fidem præsens: Statutum Nostrium majorum Episcopalis et Capitularis Sigilorum fecimus appensione atq; Nrorum Cancellariorum subscriptione communiti. Datum apud memoratam Nostram Eccl<sup>am</sup> Varmiensem in Capitulo Nostro Generali Die tertia. Mensis Junij de more solemniter celebrato. Anno Dni M. D. L. XXXIII.

## STATUTA

### De Distributionibus Quotidianis.

Primo. Statuimus et declaramus. Canonicum præbendam, qui in sacro Ordine cõstitutus, et post completam per eum xxx dierum residentiam ad præscriptum Statutum in Ordine XV. continue residens fuerit (nisi aliud ei obsistat) posse fieri infrascriptarum distributionum quotidianarum participem.

Item. Statuimus et Ordinamus. quod Canonicus, ut supra qualificatus qui in choro ad minus duabus è Septem choris Canonicis (ita quidem ut Dominicis diebus et festis celebribus secunda Vespera, numero illarum duarum horarum includantur) et in Super uni missa publica sive Cantata Missæ hujusmodi privatam seu lectam audierit Missam superpelliceo in ductus, seu ipse Sacram fecerit, juxta proportionem Sacri Ordinis Sui, ut infra dicetur, diurnam quisq; portionem suam integre mereatur. Quæ vero uni horæ tantum interfuerit, illisq; compos, ut præfertur extiberit, qui vè Dominicis diebus et festis celebribus servitium horarium licet integre



integre expleverit, secundis vero Vesperis non interfuerit  
 dimidiam distributionem duntaxat percipiat, nisi qui excu-  
 setur aliquo ex impedimentis in Statuto xix. expressis quali-  
 a Sunt infirmitas, vocatio, legatio, Episcopi, vel Capli, ad  
 hac incumbendi in offum Administrationis quam quis gerit,  
 intractu sibi delegato, aut muneris conservatorij in Seminario  
 Diacesia no Braunsberga obeundi, cura atqz. intentio hoc si-  
 mul pro viso, quod Canonicus qui habendus sit pro presente  
 extra tempus Vocationum infra dicendarum, aliquo proficis-  
 cens si post Sumam Missam ab Ecclâ discesserit, teneatur  
 eod die antequam comittat, se itineri, Sacrum) nisi id pere-  
 gerit ipse) cum super pelliceo, vel sine eo audivisse. Ab horis  
 Canonicis alioquin absolutus. Cum vero sic absens peregre  
 domum redierit, volumus permissum esse conscientie ipsius, ut  
 si eo die comode poterit, pensum Ecclesiasticum persolvat, arbi-  
 tratu suo, Casu vero infirmitatis volens aliquis pro presente  
 haberi, eo die, quo Caplum non habetur, ante vel circa exordi-  
 um Epistola Missae majoris, quo vero Janus existens Diz-  
 vinit interesse teneretur, de impedimento hujusmodi Distri-  
 butorem, seu eius Vices gerentem, et ipse Distributor eius  
 sive vices gerens si taliter impeditus fuerit, Canonicum Heb-  
 domadarium, eiusqz vices gerentem, siqz idem Distributor  
 eiusve vices gerens ipse fuerit hebdomarius, Presiden-  
 tem vel in ejus absentia, quem vis alium Canonicum praesentem  
 (dum modo de tempestiva excusandi sui diligentia  
 constet) certificasse teneatur.

**Item.** Quod volens horarium explere Servitium teneatur  
 adminus, in Matutinis quidem si officium fiat trium lectio-  
 num, ab exordio prima lectionis, si vero fiat novem lectionum,  
 ab exordio Septima lectionis, in Vesperis autem quando quinqz  
 Psalmi canuntur ab initio Quarti Psalmi, quando vero tres tantum  
 et in illis  
 # Capitulum habetur ante vel circa momentum # quo quis #

et in alijs horis omnibus quo vis tempore ab initio secundi Psalmi in chori ad Missam verò in quo vis commodo Ecclia loco ab exordio Epistola præsens esse, et usq; ad finem cujusq; officij perseverare. Constituentes finem officiorum hujus modi in puncto, quo dicitur; Benedicamus Dño, aut Ite Missa est seu requiescant in pace respective.

**Item**, Quod in singulos dies per Annum plene participibus Canonicis Præsbyteris Solidi XV., Diaconis Solidi VIII. Subdiaconis Solidi V. et pro rata sua ex semissæ Participibus Præsbyteris Solidi VIII, Diaconis Solidi III, Denarij IX. Subdiaconis Solidi III, bona moneta. In singula verò tota duplicia festo duplicata portiones hujusmodi loco distributionis quotidiana ex officio Administrationibus Allenstein erogentur.

**Item**, Quod Canonicus qui in Numero Residentium habetur, si privatim per unam pluresve noctes ab Ecclia absuerit, et post Completa missarum Solemnia ad eam redierit, duabusq; reliquis horis diei supra dicto modo intersuerit, dimidiam ejus diei distributionem percipiat.

**Item** Quod Canonicus qui Capitulari congregationi interest seu extra Capitularem Congregationem quocumq; honesto et rationabili negotio publice occupatur (verbi gratia) sitem porariae Scriptioni, tabularij expeditionis, emplorum auscultationi, alicui revisioni, Calculationi, numerationi, necessariae rei inspectioni, causae decisioni, seu compositioni, publico actui honorario in Collegio Braunsbergensi rogatu Patrum, aut cõsimili negotio quod in evidentem Capli utilitatem cedat, vel prætermitti seu auferri non possit

non possit, aut non debeat ratione officij, qd quisqz gerit, vel  
 despeciali mandato Capli, Domi forisve operam dare necesse  
 habeat, dum modo extra Caplum sic impeditus ab horario Ser-  
 vitio tempestive excusandum se curaverit, censeatur eod die horas  
 Canonicas quas intera in chora decantari contigerit, proinde ac  
 si prasens illis interfuiset, explevisse, sed per hoc a participan-  
 do sacro minime relevatus est, nisi suscepti Negotij ea fuerit  
 ratio, ut cum interruptione actus, perfrui commodè non possit,  
 aut alias Cancu sic occupatum ad sacrum adire non permit-  
 tat, id qd ille in excusatione sui, notificare simulte-  
 neatur.

**Item,** Quod si urgente aliqua necessitate ante Maturam <sup>Prima</sup>  
 seu primam Missam aut sub ea Capitulariter convenien- <sup>missa</sup>  
 dum, atqz veri- <sup>Similiter</sup> per totum Sacrum Capitularibus <sup>Ne</sup> <sup>quis et</sup>  
 gotus inharandum fuerit, debet curam et mandato prasi- <sup>Matura.</sup>  
 dentis privata Missa (quam Caplarem Missam appellari  
 placuit) in Capella S. Georgij aut quo vis in loco Ecclie ma-  
 gis apto, sub laudibus statim post finitum Campanapul-  
 sum ad Cantum Psalmi Laudate Dnum de caelis, fieri  
 solitum legi; ante Cantum Benedictus vel sub eius ini-  
 tium incipienda, ad quam audiendam Canonici ex Pridi-  
 ana President intimata, saltem ad initium Epistola  
 convenire teneantur sub pena amissionis distributionis  
 diurna, nisi quis vel prius, vel post capitulum unam  
 audierit, seu ipse fecerit, eo <sup>die</sup> tempestiva justa in firmitatis  
 excusatione semper salva.

**Item,** Quod ob necessitatem incumbendi in negotia <sup>Vaca</sup>  
 ad rem familiarem et curam domesticam pertinentia <sup>trones.</sup>  
 a Dnica

à Dñica Septuagesima usq; ad Dominicam invocavit  
exclusivè et t̃pore Messium à Festo Visitationis B. Vir-  
ginis usq; ad Calendas Septembris exclusivè: et ob curam  
valetu dinis à Dñica in Albis usq; ad Dñicā Rogationum  
exclusivè: et ob tempus conficiendarum rationum atq; annexo-  
rum illis negotiorum Capitularium, à festo S. Luca Evangelis-  
ta usq; ad festuum S. Elisabetha exclusivè. Quilibet Canoni-  
 cus ut supra qualificatus et residens etiamsi Divina non fre-  
 quentaverint, imò et absens ab Ecclā (non tamen ultra XXX di-  
 es continuos) fuerit, percipiat suā distributionem diurnam,  
 exceptis festis totis duplicibus, quibus non servientes Ecclā  
 simplā portione contentos esse volumus.

**Item**, ut horarum Dñæ Nra cantu in choro ritè et integro  
 re persolvendarum necessaria Cura simul suscepta esse vide-  
 atur, Statuimus: Quod Canonicus eidem horis Dñæ Nra præ-  
 positus vel eius vicesgerens cum velit ad placitum eum, eas  
 ipsas horas, loco horarum Canonicarum, in choro frequen-  
 tare, suumq; tali servitio debitum horarium in toto vel in  
 parte implere possit, ita quidem, ut Matutinum juncta si-  
 mul in memoratis horis Dñæ Nra pro una hora Cano-  
 nica, Tertiā, verò Sexta et Nona, etiā pro una hora Cano-  
 nica, et Vesperæ Una cum completorio, itidem pro una ho-  
 ra Canonica computentur, constituentes initium et finem  
 præsentia ad horas hujusmodi, sicut in horis Canonicis  
 præscribitur.

Annus  
 Capitula-  
 ris quando  
 incipit.

**Item**, Quod ab initio Anni Capitularis, hoc est à festo  
 S. Martini exclusivè, incipiat currere ratio distributionem  
 hujusmodi, et inde solutio eorum hebdomadatim fiat sin-  
 gulis Annis inchoando hebdomadam eā feria seu die, in qua  
 ipsum festum S. Martini ceciderit, ita quidem, ut una  
 hebdomada

49.

hebdomada post, id. est, in octava Die Martini, vel pridie eius diei, Prima hebdomada tunc deservitia, et sic deinceps tali die seu feria consequentes hebdomadae per Annum expediantur, usq; in ultimam hebdomadam, quae fuerit ante festum S. Martini Anni sequentis in quam octo aut si Annus bissextus fuerit, novem dies tandem computabuntur expeditione ejusdem ultime hebdomadae in ipsum festum Martini vel ejus diem pridianam rejecta.

**Item,** Quod officium distributionum quotidianarum sit Annuum et electivum instar aliorum officiorum Ecclesiae uni Canonico ex Residentibus quot annis Capitulariter de mandari solitorum, quodq; Canonicus distributor pro Mercede fidelis et diligentis observatoris, quem ipse et ministri Ecclesiae unum in venire et currare sibi teneatur (Nisi Capitulum de eo provide- rit) in Annum habeat marcas tres bonae monetae.

**Item,** Quod liberum sit Caplo pro ratione Proventuum Mens Caplaris, numero Canonico- rum residentium et conditione temporis de consue- tude Episcopi augere, minuere, et mutare Supraeras distributiones quotidia- nas praesentesq; ordina- tiones pro commoditate servientium, in melius reformare, quoties necessitas aut evidens utilitas, seu decor Ecclesiae postulaverit.

**Item,** Cum solita clausula facultatis declarandi, interpreta- tandi, dispensandi, ut in aliis Statutis, Episcopi cu Caplo.

**Die vii Maij 1580.** In Capitulo Generali, mota quaestione, qualiter accipiendum sit illud momentum, ab initio Paschi aut lectionis vel Epistola? Declaratum fuit Capitulariter, initium hujus modi extendi usq; ad medietatem indum decursam, ad quam si quis veniat ab initio fuisse censeatur.

Decreto.

SECRETUM VENERAB. CAPITU.  
 LG VARMJENSIS Sive  
 Declaratio Consuetudinis super dis-  
 tributione Nonullarum rerum, quæ à Re-  
 sidentibus Canonicis deserviuntur  
 extra divina

Anno Dñi M. D. LXXI. In Capitulo  
 Generali post animarum de more Solemniter celebrato decre-  
 tum fuerit declaratum unanimi omnium tunc presentium Do-  
 minorum et plenum Capitulum representantium Suffragio, se-  
 quentes distributiones fieri debere modo in infra scripto Sal-  
 vis per omnia Statutis Ecclæ.

Sigilo et Avena ex allodij districtus Allensteinen<sup>2</sup> pro-  
 veniens, seu undevis in Castro Allenstein, restans (quæ ad  
 Calendas Majas inter residentes Canonicos quod annis di-  
 vidi consuevit) inter illos tantum dividetur, qui proxime tunc  
 precedentibus rationibus Capitularibus interfuerunt, et ab eo tem-  
 pore usq; ad Calendas Majas apud Eccliam juxta Statuta  
 continuo resederunt. Qui vero rationibus interfuerit, sed ul-  
 tra triginta dies (non tamen animo deserendi Eccliam) ab Ec-  
 lesia se absentaverit, et Calendis Majis vel ante id tempus  
 ridiens ad residentiã in Divinis, ut moris est se represen-  
 taverit, unam quæq; diẽ Comissa per eum ultra XXX dies  
 absentia, deducuntur ei, Singuli Modij Siliginis et totidem  
 Avena: ita tamen, ut teneatur majorem partem Supra ex-  
 pressi intermedij temporis apud Eccliam residendo peregis-  
 se sub pana quindecim Modiorum ustriusq; fumentis, in  
 Super

Super et detrahendorum. Sin autem in terea translato in ali- 51.  
um locum domicilio residentiam solverit, reversus postea quando-  
cunq; etiam si ante Calendas Majas, iterum residendi animum  
declaraverit, carebit omni eius distributione. Muteos et picem  
participabit ille, qui residen do tunc rationibus Capitularibus in-  
terfuerit, aut tempore realis divisionis residens fuerit.

**E** quorum **Boum**, et id genus animalium (si qua pro tempore  
distribui contigerit) non erit particeps, nisi qui residentiam tri-  
um Mensium expleverit, et ante divisionem realem rationi-  
bus Capitularibus, aut si rationibus non interfuerit, p: sex  
tamen Menses residentia Continua juxta Statuta in cu-  
buerit.

**Q**uacunq; Lacticia Ferina, Pisces, Carnes Legumi-  
na, et id genus Virtualia, distribuentur, in omnes qui pro  
tempore residentes fuerint. Quo numero etiam pulli extra  
districtum Allensteinen, cara homagialis et Siligo, tum ex  
Allodys districtus Melsacensis qua ex Molendinis et Stra-  
tralibus, Frauenburg et Melsack proveniens (uti hacte-  
nus observatum est) habeantur Consolationum sive restan-  
tium Summarum novorumq; censuum, pro tinus distribui so-  
litorum pro rata residentia Annua et Avena Censua pro  
rata ordinis sui erit particeps, qui rationibus Capitu-  
laribus interfuerit, nisi Ratione Legationis vel gravis infir-  
mitatis, vel ex alia rationabili Causa (super qua licenti-  
am absendi a Capitulo obtinisset) excusaretur, Siquis  
saens, volens sine petita et obtenta licentia Capli, partem  
rationis neglexerit, et interim ipso sic absente ratio ali-  
cuius Administrationis Calculanda maturata fuerit, in  
penam contumacia carebit, eius rationis proventu, a  
qua absent.

qua absentasse repertus fuerit. Quod si talis genio suo in-  
 fulgens, quovis prætenu opponendum se Decreto duxerit,  
 incumbet illi onus probandæ excusationis suæ, quam obtende-  
 rit, et tenebitur nihilominus citra omnem recusationem sta-  
 re iudicio et dietamini Capituli, seu majoris illius partis. Por-  
 ro infirmus residens (qui in tempore se excusari fecerit, quique  
 comite vitæ initium Capituli Generalis post animarum  
 celebrari soliti attigerit, quando cunque ipsum postea dece-  
 re contingat) plenè gaudebit suâ ratâ parte in præmissis per-  
 inde ac si præsens ad finem usque rationibus interfuisset. Ex-  
 ceptâ Avenâ Censua. Si ante Electionem novorum officialium  
 (quæ ultra Sedecimum diem Novembris differri non debet)  
 obierit; ea enim sola tunc carebit; in eos qui Causis Subdito-  
 rum dicendis commodis defectibus et alijs opportunitatibus  
 bonorum Capitularium, nec non officialium diligentis ac  
 sollicitudinibus discutiendis, novisque Magistratibus deman-  
 dandis insudarunt, nec non infirmos et absentes supra  
 dictes distribuenda. Hoc simul provisò, quod si Capitulum id  
 generale; seu electionis officialium diem ex urgenti neces-  
 sitate, aut quacunque rationabili causâ differri contingat, ne id  
 alicui post ordinarium tempus decessuro, in jure suo præ-  
 judicet.

## ¶ Juramentum Secretarij Ven. Capituli.

Ego. N. Iuro, Quod Dominis meis Capitulo Vani-  
 ensi fidelis et Obediens ero, singulis Dominis Canoni-  
 cis hujus Ecclæ reverentiam et honorem debitum ubique  
 impendam, Secreta et Consilia Capituli, quæ mihi re-  
 velata et concredita fuerint, secreta et fideliter servabo.

Acta



acta et monumenta Ecclae et Capituli, et literas Missivas diligenter conscribam, et Conservabo, nec ea cuiquam sine expresso Veri. Capituli mandato et Consensu pandam, aut communicabo. Negotia quae mihi commissa fuerint, accurate sollicitè, et pròptè tractabo, et peragam, atq; in omnibus, bonum utilitatè, et honorem Ecclae et Capituli fideliter procurabo. Quae omnia in presenti juro et bona fide promitto sic me Deus adiuvet, et haec s. Dei Evangelia.

### Juramentum Burgrabiorum In Allenstein Meelsack et Fraumburg.

Ich N. Burgraff zu N. Schwere, und gelobe einem Ehrwürdigen Capitel des Stieffs Ermbland zu frauenburg ~ Meinem Herren, treu, hold, gehorsam, und gewehr zu sein. Schwer, heimlichen Rath und vertraute Geschäfte ihren B. nit zu schaden, Und ohne derer Zulassung mand zu offenbahren. Desselben B. Capitelts Ruck und frommen nach meinem höchsten Vermögen zu schaffen, Und vor Schaden zu warnen, dem Ampt und Schloß, so mir von Ihren B. befohlen, mit aller seiner Zubehörung freulich vorzustehn - dasselbige keinem anderen dan Einem B. Capitel Keinen Herren überantworten, sondern möeglichen nach bestem Verstande rechtferig, richtig, und sonst alles thun bey Einem B. Capitel, was einnem einem Erblichen und getreuen Umfß Man und Unterthan gebühret, und wohl zustehet, Alles getreu und ungesefrlich: Als mir Gott hilfft, und seinene liebe Heyligen.

## DECRETA CONTROVERSA

jam definita

Nos NICOLAUS SZYSKOWSKI D. G.  
Episcopus, nec non Prælati, Cneci, et Caplm ECV.

Significamus presentibus literis Nostriis, quorum interest universis et singulis. Quod cum inter Canonicos residentes et novissime intrantes, quandoq; ortasint differentia, vel deinceps orriri possint, circa deservitiones quorundam ob decreta quadam, Statutis antiquis contraria, ut perpetua dissensionis ac disputationis amputemus occasionem, unanimi Consensu declarandum, Statuendum et Ordinandum esse duximus, uti quidem modo quò sequitur declaramus Statuimus et Ordinamus, Ac primum.

De melle deserviando, Canonicus Præbendatus actuz, Præbyter, nec non qui Missam Canonicalem decantaverit, et alias juxta Statuta qualificatus fuerit, id duntaxat mel distribui consuetum deservisse, intelligatur, qui per sex menses integros continua residentia ante Festum S. Michaelis proximis incubuerit, et pro S. Michaelis præsens fuerit, et quo ad hoc, decretum de Anno 1615 Die 3 Novembris duntaxat ratificamus, et inviolabiliter observari volumus, salvo nihilominus plene ante residentium triginta diebus in quorum cursu etiam absentibus nihil decedat.

De frumentis ex Prædijs Rosengart et Nartz.

Frumentorum cujusq; grani et Leminis ex Prædijs Rosengart et Nartz non erunt participes novissime intrantes, Nisi qui tempore

qui tempore conseminationis eorundem residentes fuerunt, et idem de lino eorundem Prædiorum intelligendū, non obstantibus in Contrarium Decretis quibusvis.

De piscatione hÿemali, Proventus  
Piscationis hÿemalis ditionis seu Administrationis Allensteinenad  
Festum Annuntiationis Beatissime Virginis Mariæ, simul  
cum pecunia libertatis ex eodem Districtu inter residentes et  
qui trimestrem residentiam continuo explevisent, pro rata  
residentia cuiusque declaramus esse distribuendos.

De defuncto, Canonicus in residen-  
tia defunctus sequentium fiet particeps, videlicet Summa-  
rum restantium pro Festo omnium S. S. distribui consveta-  
rum, novorum censuum. S. Martini; libertatis purificationis, lig-  
nariorum, frumentorum, ex Prædijs Rosengärt et Hartz, quo-  
rum conseminationis interfuit, libertatis, et piscationis Allen-  
steinen pro Annuntiationis, Tritici libertatis S. Michaelis  
Siliginis ex Avena Allensteinen ad Calendas Majas diservi-  
ri Solitorum, pro rata Supportata per eum residentia.

De actis Capitularibus; Ut debita  
semper fides libro actorum Capitularium exhibeatur, decernimus.  
ut quidquid Statuitur, aut Sanctatur, in proximo Caplo præ-  
legatur in proximè sequenti prius quam libro inseratur, ac  
sic tandem approbatum et insertum subscribatur cum nota:  
lectum per manum Cancellarij aut Actuarij, alias nihil roboris  
sit habiturum. In cuius rei fidem præntes manu Nra subscript  
Astrogz et Ecclæ Nre Sigillo Comunite. Visitatione gea-  
nerali ejusdem Ecclæ Die XXXI. Mensis Martij Anno  
D. M. D. C. XXXIX.

# sunt. Actum apud Eccliam Cathedralem <sup>Nram</sup> Darnienz in #

STATUTA  
CARDINALIS COMMENDANS.

IN NOMINE DOMINI. Amen

Cum Sanctissimus D. N. Pius Diuinâ providentiâ S. S. V. speciali quodam rescripto suo brevis Apostolici, Nobis mandavit, ut Cathedralis Ecclâ Varmiën Statuta, Constitutiones, Capitulationesq; omnes nobis presentari iuberemus, atq; accuratâ et diligenti super ijs consideratione habitâ, omnibusq; mature discussis, pravas et scandalosas expurgendi et cassandi; super vacua resecandi, et necessariorum sicuti res ita postulat defectum supplendi, in eam illam formam redigeremus, quam illi Ecclâ in primis utilem et necessariam fore cognosceremus. Ceterum cum temporis angustia præventi singula examinare, et excutere pro rei gravitate non potuerimus, ne tamen tam salubre negotium destituisse videri velimus, præcipua quædam et quæ ad eius Ecclâ utilitatem, atq; tranquillitatem conservandam atq; tuendam potissimum pertinere iudicaverimus.

NOS IOANNES FRANCISCUS

Miseratione Divinâ S. R. E. Tit. S. Cyriaci  
in thermis Presbyter Cardinalis Commen-  
donus S. D. N. Pij V. præfati ac Sedis Apstlicæ  
per Universam Germaniam, Poloniamq;

de Latere Legatus, prefati Brevis Auctoritate, cujus tenor. 57.

Pius Papa V. etc. &c. corrigenda duximus et Correximus reliquis in suo robore pro nunc permansuris, Et cum hactenus Episcopi electi seu postulati ante publicationem Electionis vel postulationis cosueverint jurare quosdam articulos. Nos ex his omnibus quae visa sunt ad Ecclesiae commodum facere, ipsius Statuti adungi, et his incorporare deliberavimus, prout adjungimus et incorporamus, adjunctos et incorporatos esse volumus et Mandamus, omnia et singula infrascripta per nos Statuta et Ordinata inviolabiliter observari; Electumque Episcopum seu postulatam pro tempore existentem secundum retro scriptam formam eorumque observationem, jurare debere decernimus. Reliquos vero juratos articulos tollendos, abolendosque irritandosque prout irritos, abolitos, nullius roboris ac momenti etiam omnino inanes esse decernimus, et declaramus excepto Cap. delimitibus, granitis, et Caplaribus aquis, maris recentis, cujus declarationem et reformationem, Nobis reservamus; ad quam deveniemus, cum primum de ea plenam notitiam et informationem habuerimus, prohibendo in posterum limites vel alios articulos vel jurari, quoquam pretextu vel colore, Quod si secus factum fuerit, ex nunc prout ex tunc irritum et inane, nullamque obligationem quovis juramento seu promissione jurata non obstante induci, vel inducere posse declaramus.

Statutum I. de bonis Ecclesiae non abalienandis.

Et quia necesse est, ut qui Altari Servit de Altari vivere debeat, quod fieri non postet, si bona Ecclesiae abalienarentur statuimus:

PRIMO; quod bona immobilia et possessiones Ecclesiae Varmi,

et mobilia pretiosa, res et clenodia, dictae Ecclesiae seu Episcopatus, Episcopi pro tempore existentes non possint vendere, vel alio modo alienare, nisi in ejusdem dictae Ecclesiae utilitatem, servatis Solemnitatibus de jure requisitis, cum Consensu Capituli, et obtenta prius licentia a sede Apostolica, et aliter facta alienatio censetur irrita, et inanis, et Emptori, donatorio, vel cuilibet quovis modo habenti nullum jus acquiratur.

Statutum II. de manutenendis, et defendendis Statutis consuetudinibus, juribus libertatibus et Privilegijs tam Ecclesiae quam Capituli.

Item, quod Electus vel postulatus Episcopus Varmiensis possessionem assecutus, Statuta consuetudines Ecclesiae Varmi tam antiquas quam denovo introductas conservet, nec illis controvenerit ulli pacto, nisi rationabili causa urgente, et tum de Consilio majoris partis Capituli, nec non omnia, et singula jura, libertates, et Privilegia Ecclesiae et Capituli Varmiensis, manuteneat, et defendat.

Statutum III. Quomodo Episcopus Erga fratres suos Canonicos se gerere debeat.

Item, Quod Sincera et Ordinata Praelatione erga fratres suos Canonicos Varmienses se geret, Paternam potius benevolentiam, quam tyrranicam Superbiam in eos exercens, Salvam correctione Canonica et Ordinatio juris-dictionis exercitio.

Statutū IV. de modo puniendi excessi Canon. Quod in casu puniendorum, excessuum aut Criminum ob enormitatem facti vel propter periculum, aut aliam evidentem necessitatem videbitur res postulare, ut intermisso ordinario Processu, Contra Prælatum aut Canonicum à Captivitate vel detentione, verum ne iudicium eludatur per fugam vel rei ablationem incipiat, possit Episcopus pro Summaria in formatione ad necessariam detentiōnem procedere ad cognitionem verò ac decisionē non deveniat, nisi Capituli Consensu et Consilio, Si verò talibus non existentibus causis excedens Prælatus vel Canonicus puniendus veniat, aut post Canonicam admonitionem incorrigibilis sit, vel alia super re aliquā contra eum causa movenda erit, illam pro ut de jure cognoscet, prosequetur, et executionē mandabit, servatō in Omnibus juris processu, et defensione legitimā non negatā. in Omnibus autem Supradictis causis ea ratio habeatur, ut juxta qualitatem delicti, ac personarum deliquentium in loco decenti custodiantur.

Statutū V. Quod Episcopus in Capitulo Unicum Satissem votum habeat.

Item. ut in Electionibus et assumptionibus Prælatorum et Canonicorum, Ecclesiasticis, et alijs negotijs Capitulari discussione decidendis servet, hac tenus observatam consuetudinem, ut scilicet habeat primam et unicam vocem, nec aliquem cogat, vel urgeat, quominus possit, et debeat votum suum habere, et secundum iudicium suum pronuntiare.

Statutu

Statutū VI. de bello nemini Movendo

Item. ut nulli personæ vel Communitati bellum moveat, neq; ligas seu pãcta aut conspirationes Communem Eccle<sup>si</sup>am vel Patriã Statum concernentes, cum aliquo faciat, sine voluntate et Consensu Capituli.

Statutū VII. De datis Contributioni-

bus, subdãys, ex actionibus, Subditis non imponendis

Item. ut ~~Subditis~~ Episcopatus Varmiensis nulla datã, contributi-  
ones, Subsidia vel exactiones imponat, neq; à quocumq;  
illis imposita, vel postulata consentiat, nisi pro evidenti  
ipsius Eccle<sup>si</sup>am et Subditorum utilitate, aut in Casibus à jure  
expressis, et tunc de expresso consilio et assensu Capituli.  
Et generaliter aliacumq; negotiã ad qm qua de jure requi-  
ritur Capituli assensus, illo non requisito, et obtento nequa-  
quam prosequatur et terminet.

Statutū VIII. Quod Aconomus Mensæ  
Episcopalis indigena. sit.

Item. Aconomus Mensæ Episcopalis sive Eccle<sup>si</sup>am alium  
non accipiat, quam indigenam Patriã ditiones, vel Ecclesie  
vel serenissimi Regis Polonia sive Consensu Capli, quem  
etiã jurare faciat, quod redditus et proventus Eccle<sup>si</sup>am vel  
alias eius facultates nemini revelabit.

Statutū IX. Item. ut Aconomum, Can-  
cellarium, Advocatum, Burgrabios, Capitaneos, et alios  
Prefectos Arcium in Castris Eccle<sup>si</sup>am non accipet, aut ponat,



aut ponat, nisi sibi Episcopo et Eccl<sup>a</sup> Warmiensi fidei  
fidelitatis juramentum, casu vacationis Eccl<sup>a</sup> in Capitulum  
extendatur et continuetur. Ac ut ejusmodi officiales sint  
veri terrarum Prussia indigenae in Prussia nati, sintq; Catholi-  
ci, et ante admissionem ad dictas praefecturas et Officia  
fidei Catholicae Professionem faciant in manibus Episcopi,  
cum praesentia Canonorum; Capitaneum vero generalem  
sine ipsius Capituli, expresso consensu nullam omnino depu-  
tet, neq; assumat.

### Statutū X. De expensis in fabrica Eccl<sup>a</sup>alath.

Item ut juxta antiquam observationem in expensas fabricae  
quos in Eccl<sup>a</sup> Cathedrali velejus munitione, et Conservatio-  
ne necessario fieri contigerit duas partes de tribus contri-  
buat.

### Statutū XI. De Pensione Praedicatoris.

Item ut juxta similem consuetudinem singulis annis juxta  
Festum nativitatem D<sup>ni</sup>, Praedicatori in Eccl<sup>a</sup> Warmi pro tem-  
pore existenti Quinq; Marcas bona Monetae in augmentum  
Salarij ipsius per Aconomum suū det et numerari faciat.

### Statutū XII. De Administratore absen- te Episcopo eligendo et eius officio.

Item ut quoties extra limites Prussia iter facere contingat  
deputet in arce Heilsbergen unum de grege mio Capituli locum  
tenendo per ipsum de Consilio Capituli eligendum, com-  
missa ille Eccl<sup>a</sup> Administratione fidei et custodia.

### Statutū XIII. De non resignando Epis- copatu et coadiutore non nominando.

Item ut

62. Item ut Episcopus Ecclesiam, vel Episcopatum non resignet, nec aliquem Coadjutorem, Successorem sine consensu Majoris et Senioris partis Capituli, et nisi vocatis de jure Vocandis, nominet, seu directè seu indirectè sub quovis pretextu, vel colore procuret.

### Statutū XIV. De iuramento Episcopi.

Item ut Episcopus pro tempore postulatus, vel electus promittat, cum manus sua subscriptione, vel ejus Procuratoris ad hoc speciale mandatum habentis, in hac forma si praesens esset.

Ego N. Electus in Episcopum Varmniensem praemissa omnia et singula promitto, et juro fideliter observari, et adimplere in Omnibus, et per Omnia simpliciter, purè bonà fide realiter, et cum effectu sub pena perjury, ita me Deus adiuvet.

Procurator vero Sic: Ego N. pro D.

Electo N. Episcopo ejus nomine, in Animam ipsius juro, et promitto ipsi D. N. omnia et singula praemissa fideliter observaturum et adimpleturum sub pena perjury, ita me Deus adiuvet.

### Statutū XV. De abrogatione Statui XII. in Ordine

Item Statuimus, et Ordinamus Cap: 12. Statutorum sub auctoritate de Novitijs, in quo disponitur, Canonicum de novo intrantem ante demissionem teneri ad solutionem. 40. M. off. Pistoria, tanquam Concilio Tridentino contrarium penitus rejicimus, cassamus, et irritamus, et tanquam irritum non observari mandamus. Praedictas vero 40. M. per Canonicum intrantem seminario in Ecclesia instituto dari et solvi volumus, et mandamus.

Statutū.

Statutū XVI. De curijs, Allodijs et alijs <sup>63.</sup>  
bonis immobilibus et non abalienādis.

Item. attendentes Caput E in Rubr̄ de Curijs et Allodijs et cum infra scripta forma non observari, mandamus Statuimus: Canonico Allodium vel Curiam Canonicalem habenti non licere eandem sine Consensu et Speciali Decreto Capituli vendere, donare, permutare, vel aliquo modo alienare, nisi in evidentem utilitatem Eccl̄e et Obtenta prius licentia à sede Apostolica, et eadem ratio habeatur in omnibus alijs bonis minoribus, ut Capitulum et Canonici non possint vendere, donare, vel quovis modo alienare, nisi in evidentem Eccl̄e utilitatem cum consensu Episcopi, et licentia obtenta à Sede Apostolica. Quod si Sæcus factum fuerit, Curia vel allodium vacare censeatur, nullumq; jus tam in his, quam in Specialibus omnibus rebus et bonis, emptori, donatario, compermutanti, vel quoties modo habenti acquiratur.

Statutū XVII. Quo casu non liceat duas Curias simul habere.

Item. quod Capitulum sub eadem Rubr̄ de Curijs et Allodijs in quo disponitur licere, cuiq; Canonico duas Curias simul habere, unam intra Muros et aliam extra, sic restringendum: dum modo non sint alij Canonici residentes, et Curiam aliquam non habentes. Quò Casu duas Curias retinere non liceat, sed residens Curiam non habens optare possit, et valeat et in eum jus obtandi pertineat.

Statutū XVIII. Quod thesaurarius Eccl̄e singulis tenetur reddere rationem.

Item. Quod thesaurarius penes quem deponidebent, et Consignari pecuniæ et proventus omnes Eccl̄e D. Andree, ut in

ut in Capitulo Canonicis residentibus, teneatur Singulis Annis omnium dictarum pecuniarum et proventuum reddere rationem; presente Episcopo pro tempore existente. non obstantibus quibuscumque constitutionibus consuetudinibus aut alijs in contrarium facientibus.

### Statutū XIX. De proventibus pro Fabrica Ecclesie relictis.

Item. Quod omnes proventus rerum et bonorum pro fabrica Ecclesie relictorum, seu quovis modo relictorum non possit Capitulum sive Canonicus in alios quantum vis pios usus, nec de his aliter disponere, quam in dictae Ecclesie fabrica, secundum voluntatem et dispositionem relinquentis et applicantis, non obstantibus quibuscumque in contrarium facientibus.

### Statutū XX. De sectione Statutorum.

Statuimus quod semel in anno fiat Capitulum generale videlicet in Festo omnium S. in quo omnibus Canonicis Capitularibus, et non Capitularibus, etiam Vicarijs ad sonum Campanae Capitularis vocatis, per Juniorem Canonicum vel alium idoneum Capitularem, cui commissum fuerit, distinc-  
te et intelligibiliter, Statuta, et Ordinationes, leges, nequisquam perjury periculum possit incurrere, aut ignorantiam eorundem pretendere sive allegare valeat, Canonicis autem etiam legantur Acta et decreta per annum totum in Capitulo facta et gesta sub pena marcarum 10 Solvendarum, pauperibus per Custodem, si per eum steterit, quominus legantur. Singulis autem Canonicis interessentibus praedicto tempore 1. Marcas assignamus, et Solvi mandamus pro qua libet &c &c &c.

Decreta sunt haec Ordinata et Constitu-  
ta

65.

ta Varsavia in Domo solite nostrae Residentia  
Anno Domini 1572 & Maij.  
Forma Iuramenti Libripendis Fravenbū

**NOS THEODORUS POTOCKI**  
Dei et Aplice Sedis Gratia Episcopus  
Varmiensis et Sambienſis Sacri Roma-  
ni Imperii Princeps.

Nec non Prelati et Canonici totumq; Capitulum Ecclie  
Cathedralis Varmiens in loco Capitulari conserto, in termino  
S. Agnetis die Sta Mensis Februarij A<sup>no</sup>. 1722. ad eandem  
Eccliam Cathed. congregati et Caplūm legitime representan-  
tes. Significamus literis Nostris, quorū in interest, aut in  
futurum

66.

futurum quomodo dolibet intererit universis et singulis. Quod cum nonnulla hujus Eccl<sup>ie</sup> Cath<sup>ed</sup> Varmien Statuta et Ordinationes, partim a temporum Nostrorum contitione discrepantia, partim Contraria Praxi, debilitata, partim decretis Caplariibus antecessorum Nostrorum pro Succedentium Annorum, Circumstantiarumq; exigentia et necessitate reformata, et declarata; variarumq; exinde dubietatum prejudiciorum et differentiarum recassationibus obnoxia inveniuntur, et acta sint, ita quod ex illis, quedam reformanda, quedam extendenda, declaranda, et explicanda, quedam amputanda, alia omnino tollenda et abolenda aliasq; de novo reinducenda, idq; in fundamento Statutorum Antiquiorum et signanter illius clausulae incipit: Premissa omnia et singula, prout folio 30 ibi, aliorumq; decretorum Caplarium de Superlatorum necessarium conspexerimus: Quapropter Cupientes in antedicta hac Eccl<sup>ia</sup> Ntra, omnem ejusmodi dubietatum, prejudiciorum, et differentiarum occasionem, materiamq; penitus succedere et sufferre, de consensu Ntro, infrascriptas Ordinationes, Constitutiones, reformationes, declarationes, et Statuta fecimus, reformationes <sup>quibus Nos</sup> presentes et Successores Ntros omnino teneri et ligari volumus.

Amu. Statutum in Ordine quartum, qd incipit, ut numerus etordo Psallentium, in toto Strictè et expressè tenendum ac observandum decernimus.

Et quoniam idem idem Statutum De Decano incumbit psallentes in choro seu Chorales corrigendi, et refranandi in suis excessibus. Eadem quoq; aut ejus Vicesgerenti, pro Arbitrio suo et exigentia Cantus, cum augmento honoris divini promovendi, illos ipsos Chorales immorigeros aut incapaces deponendi; alios id

alios idoneos assumendi, et substituendi, plena facultatem facimus, non obstante praxi in Contrarium introducta, quoad perfectum horarum Dñae Nrae, Cui ea in parte per presentem ordinationem derogamus, Conservantes nihilominus Eundem perfectum horarum Dñae Nrae, penes jura et officium suum adscriptum Statuti Octavi. Cromeriani, de Super obloquentis

Statutum in ordine statutum de Cereis in Altaribus Cano. Edo.  
nicorum ad modernam praxim longissimo usu firmatam reducendam et reformandum duximus, videlicet: quod quilibet Canonicus, etiamsi absens fuerit, in<sup>3</sup> fra: in<sup>2</sup> festis<sup>4</sup> scriptis in suo Altari duos cereos arduentes habere teneatur. Primo in Circumcisione Domini, Epiphania, Conversione S. Pauli, Purificatione B. V. M., Cathedra S. Petri, antiochia, S. Mathiae, S. Casimiri, S. Josephi, S. Gregorij, Annuntiatione B. V. M., Resurrectione Dñi, San. Adalberti, S. Marci, S. Philippi, et Jacobi, Inventione S. Crucis, S. Stanislai Episcopi et Martyris, Ascensione Dñi, Pentecostes, S. Trinitatis, Corporis Christi cum Octava, S. Joannes Baptistae, S. Petri et Pauli, Visitatione B. V. M., S. M. Magdalenae, S. Jacobi, S. Annae, Transfiguratione Dñi, Dedicatione B. V. M. ad nives, S. Laurentij, Assumptione B. V. M., S. Bartholomaei, S. Augustini, Nativitate B. V. M. S. Mathei, S. Michaelis, Archangeli, Dedicatione Ecclae, S. Lucae Evangelistae S. Simonis et Judae, O. Sanctorum, S. Martini, S. Stanislai Kestka, S. Elisabethae, Presentatione B. V. M., S. Catharinae, S. Andreae, S. Nicolai Conceptione B. V. M., S. Thomae, S. Saturnij Nativitate Dñi, S. Hieronimi, S. Hyacinthi, S. Abrosij, Divisione Apostolorum, debetq; in Super per totum Annum pro missis per Vicarium suum Celebradis, et alias pro honore binos Cercos in eodem Altari suo procurare. Quod si non dum Corporis

68.

dum Corporis Præbendæ suæ participes, esset, Administrator  
Melfacensis expensas illorum refundet, idem tenorem e-  
jusdem Statuti, in quo illud teneri, et attendi omnino vo-  
lumus.

3<sup>ho</sup>

Cum vigore Statuti in Ordine <sup>7</sup>vi. Sedecim altaria extra cho-  
rum pro 16 tantum Canonicatibus, seu Præbendis Canonicis  
libus deputata sint, unde Prælatum quemcumq; non præbenda-  
tum, seu præbendam Canonicalem non obtinentem, neq; altare  
aliquod ex præmissis, et signatè de primis quatuor aliis  
per solos præbendatos duntaxat obtineri consueve-  
rant, optare, habere et tenere posse declaramus; in reliquis punc-  
tis idem Statutum per oia confirmantes. Statutum istum  
quod incipit: Statuimus quod, Canonicus de novo intrinsecus  
ad verba: infra scriptarum distributionum participem fieri  
posse declaramus, inclusive, Strictè observandum et attenden-  
dum decernimus. Cum Verò in Clausula ejusdem Statuti im-  
mediate et subsequente, videlicet, quod etiam volumus cùtisque  
post diuturnam absentiam ad Ecclesiam redeuntes, residere  
intendunt, quò ad modum et animum residendi observari, dubia  
et indefinita reperiantur verba circa diuturnam absentiam,  
ita quò intelligi non possunt, in quantum et quale tempus huius  
diuturnæ absentia extendatur? Proinde diuturnam huius modi ab-  
sentiam tribus mensibus præter ordinariam currentem compen-  
di, limitari, et definiri volumus, utq; sic compensationem limitatam,  
ac definitam, in futurum omnino attendi debere declaramus.

4<sup>to</sup>

Cum pleræq; ad Ecclesiam hanc D. D. Canonicorum residentiam mi-  
cè necessaria sit, atq; ad eandem stabilendam et manutenendam  
ab immemorabili tempore et praxi observatum, quò D. D. Capi-  
tulares in Capitulo Generalissimo D. Satorum, ante sortitionem  
et participationem avenæ censuæ, semper declaraverint, et  
ad præsens declarent animum Residendi, ad eandem Ecclesiam, saltem  
per majorem



per majorem partem anni, idq; ad Statutum XV. Supra allegatum, idem 69.  
verò Statutum aliquatenus observare de Super obloquatur, ex quo evenit  
ut in antecessum non nulla differentia renitentiq; quorundam DD.  
Capitularium, Super declaratione hujusmodi facienda, ad debilitan-  
dam imo evitandam forte residentiam interdum remonstrata sint, id  
quod etiam in futurum non Vanè timetur, Quapropter constitui-  
mus et Ordinamus, in fundamento tam Statuti predicti quam aliorum  
decretorum Capitularium conformium de Super lautorum, pro presen-  
tia futuris perpetuis temporibus, quatenus Canonici, Canonici  
quicunq; rationibus Capitularibus in Capitulo Generali. eo sane  
Forum proxime interessendo antequam ad Sessionem Avena Gen-  
sua de more procedatur, non declarans declarantes animum  
per majorem Saltemanni partem ad Ecclesiam residendi de  
Avena Consua absolute et simpliciter nihil participet, aut  
percipiat.

Statuimus item et Ordinamus, in fundamento decreti Capitula- 6to?  
ris Anni 1530 ma die 8. Novembri. Rathatione dierum absentia  
Supra triginta, Conditi, et Succedentibus annis usq; hodie, nisi speci-  
alis DD. Capitularium indulgentia accessit, practicati, sequentis  
tenoris: Dum antea Supra triginta Dies ab Eccle. absens, unus aut al-  
ter dierum, ulterioris absentia, in Subducendis proventibus non  
ratharetur, ad precavenda dissidia, decretum est, ut Singuli dies, etiam  
si unus fuerit, ad modum exacte rathetur, ne quis, quæri possit si-  
bi eam gratiam negari, quæ alijs præstaretur. Quod quidem De-  
cretum, cum Secunda pariter divisionem quo-vis libro actum  
Sub L. 9. videre est, in se comprehendat et Actum contineat, sicut de  
novo reassumimus, confirmamus, et ad in Star Statuti peculiaris  
una cum divisione prædicta haberi, Strictèq; observari et attendi  
volumus. Ita pariformiter, etiamsi quis infra triginta dies  
ordinarios antedictos, ad Ecclesiam continuè redierit, non  
tamen majorem partem anni, qm Centum octuaginta quinq; dierum  
numero.



pro Festo S. Michaelis Archangeli, Solam presentiam et non interestentiam requiri. Quam tamen interestentia in terminis deservendi et aliorum proventuum assignatis, stricte necessariam esse pronuntiamus.

Cum Decretum ejusdem ante dicto olim Illmo Episcopi Szeffkowskii una cum Capitulo die et anno prefatis, factu ratione deservitionis frumentorum, tam hyemalium quam Astivalium ex pdijs Rosgart et Hartz, quasdam dubietates ob Residentiam DD. Canonicorum, tum antiquorum tum noviter intrantium, sub tempore Conseminationis hyemalis ejusmodi pdiorum, per illud ipsum prefatum decretum requisitam in se contineat:

Proinde Clausulam dubiam decreti Prefati scilicet, Qui tempore conseminationis eorundem residentes fuerint; in quatuor hoc dubium principaliter vertitur, ita explicanda et declaranda, atq; nunc et in futurum omnino observandum decernimus; quod tempore Conseminationis hyemalis pdiorum Antedictorum a prima Septembris usq; ad ultimam diem ejusdem Mensis inclusive, Astivalis vero conseminationis a prima Maij usq; ad ultimam eiusdem Mensis diem pariter inclusive, extendatur, et sic extensum intelligatur; ut quicquam etiam solummodo diem in pdictis Mensibus residentia sive presentia habuerit, non requisita ad hoc interestentia, de frumentis Praediorum Supradictorum iisdem Mensibus correspondentibus particeps esse omnino censeatur.

Quandoquidem circa deservitionem Crescentia tam hyemalis, quam Astivalis, tum et conseminationem eorundem granorum in pdiis Canonicalibus, Ave Gruntset Kostkoff dictio nec

W.

11<sup>mo</sup>

dictis, nec non Allodijs penes Civitate existentibus inter DD. Canonicos sibi in vicem Succedentes, tanta hac Aenus fuit et est variatio, ut quot quot fieri contingat Prædiorum et Allodiorum prædictorum optiones, tot, ferè fiant ejusmodi deseminatio- nis conseminatio- nisq; mutationes. Quapropter unam regulam stabilem hac infra scripta Constitutione Nostrâ, ad Normam Constitutionum Synodali- um de super erigendam, Statuendam et omnino observandam decrevimus; ita quidem: ut, si facta Conseminatio- ne hiemali Canonicus, in 7bri, Octobri, aut 9bri, cesserit, decesserit, quartam crescentiæ partem habeat, si verò in 10bri, Januario aut Februario, mediam, si in Martio, Aprili, et Majo tres partes, si in Junio, Julio, aut Augusto, omnem de conseminatio- nem hiemali crescentiam tollat, eâ tamen conditione, ut inde cedens, decedens conseminatio- nem hiemale- m Præfatam pro ratione participationis partium antedictarum, aut totius reliquerè Successori Canonico obligatò sit, et adstrictus. Estivalem verò Conseminatio- nem quod attinet: si quis post Conseminatio- nem hanc factam in Majo aut Junio cesserit, decesserit, mediam partem habeat, si verò in Julio Augusto totam, pro se recipiat, nec tamen Successori de eadem Conseminatio- nem aut ejus Crescentiâ, quidquam reliquere tenebitur. In quo à regula Constitutionis Synod: recedendum duximus, et recedimus.

12. Quamvis decretum Capitulare anno 1571. Super distributio- ne nullarum rerum, q̄ a residentibus Canonicis deserviuntur extra Divina, Latum, Canonicis Noviter in trantibus primo anno pacificæ residentia, Siliginem et triticum ex Prædijs et cunctis ex allenstein provenientem participare indulgeat. Quia tamen praxis contraria ab immemorablem tempore præscrip-

pore p̄scripsit, ita quod hactenus usq; modo t̄t̄t̄o primū  
 Ann̄ pacificæ residentia, eadem frumenta participaverint, eata-  
 men lege ut post cessum suū aut decessum per triennium uti  
 hactenus observatum, eorundem granorum ad huc participes  
 habeantur, Eandem proinde praxim manutenendam et obser-  
 vandam omnino in futurum declaramus. Vervecibus gaudebit d- 13  
 le, Secundum idem antedictum Decretum, etiam primo anno  
 pacificæ residentia contra praxim hactenus observatam, qm̄  
 in hoc p̄cto rejicimus, qui tempore realis divisionis, residens  
 sive p̄sens fuerit. Tempus vero realis divisionis sive terminum  
 ipsius feriam sextam quatuor temporum mensis ibris esse et  
 fore declaramus.

Circa participationem vero Boscalorum, et id genus animalium 14  
 et praxim hactenus observatam, uti numero XIII. proximè  
 dictum est, rati habemus et confirmamus, ac utiugeat in futu-  
 rum, declaramus, observatō terminō realis divisionis, feria bta  
 quatuor temporum antedicta. Quo ad desertionem vero 15  
 eorum Omnium sup̄dict̄ Anno 1571 decretum, attendi omnino vo-  
 lumus.

Et sicut legales dispositiones, quamvis odiose, quia tamen  
 strictè exigunt interpretationem circa residentiam majoris  
 Anni partis ad hanc Ecclesiam, restringendā et arctandam  
 Strictè quoq; observavimus, ita etiam favorabiles Juris dis-  
 positiones, quia latam admittunt interpretationem am-  
 pliari intendimus, Circa Vacationes majores, à festo Visitatio-  
 nis B. V. M. et usq; ad Calendas Septembris exclusive Curren-  
 t̄ ita quod decretum sive Statutum, numero quinto retropo-  
 situm, in ijsdem vacationibus locum non habeat, sed liberum  
 sit, et salva presentia Prælati et Canonicis hujus Ecclæ à  
 festo Visitationis B. V. M usq; ad Calendas Septembris  
 exclusive,

exclusive, sine reditu ab Ecclâ abesse, ita tamen, ut ij, quorum septimana eô tempore intercedunt, per se, aut alium ad Eccliam resideant, et divinis in choro intersint.

Si quis autem alio anni tempore, similes duorum Mensium vacationes usurpare voluerit, et eligere librum erit, salva presentia, omnibus autem interessentiis, et proventibus ratione interessantiarum eô tempore currentibus renuntiabit. Præterea animum eligendi et usurpandi Vacationes hujusmodi ad Eccliam Capitulariter declarabit, aut Secretario Capitulari in scripto talem declarationem exhibebit, et consignabit.

Quoniam verò in præfatis vacationibus Capitulum quæle S. Agapiti vigore Statutorum antiquiorum incidit; Proinde ut hoc de more in plena residentia unâcum Vigiliis Capitularibus, die ante non impeditâ, aut immediate post rite absolvatur, in diem S. Aegidij rejiciendum et transferendum atq; absolvendum decrevimus, prout rejicimus, transferimus et absolvi decernimus.

Premissa monia et singula, quoties opus fuerit, declarandi; interpretandi, corrigendi, tollendi, emendandi, adendi et in melius reformandi, ac etiam in eis dispensandi, Nobis et Successoribus Nostriis, hoc est Episcopo Varmiensi eius Vicario, ipso in remotis agente, et majori ac saniori parte Capituli Conjunctim, auctoritatem et potestatem omnimodam reservamus: Salvis alijs Statutis in suo robore per omnia permanentibus.

Decreta et Ordinata sunt hæc Anno, Die, Mense, loco, quibus

quibus supra. In quorum fidem et Testimonium hoc presens 75.  
Scriptum, Sigillor<sup>um</sup> Nostrorum, Episcopalis et Capitularis  
impressione iussimus Comūneri:

THEODORUS POTOCKI Ep<sup>us</sup> Varmiensis et Sambien-  
sis (L.S.). Ioanes Franciscus Kurdwanoski Ep<sup>us</sup> Marce<sup>us</sup> Suf-  
fraganeus Prepositus et Canonicus Varmiensis Preses  
Capli. (L.S. & Capitularis.

M. D. C. C. L. V. B. V. M. S. L. O. C.  
H.



# Anniversaria Eccle<sup>ie</sup> Catholis Varmiez.

		Summa		
		fl.	gr.	q.
1.	Theodori Potocki Archiep. Gnesnez	61	25	—
2.	Wenceslai de Lesno.	38	26	2
3.	Petri Gebicki	63	22	9
4.	Gregory Borasti	79	3	12
5.	Mauricij et Henrici Sorbohm	26	23.	—
6.	Stephani Zadorski	46	19	3
7.	Adami Steinhallen	71	19	5
8.	Joannis Abesier	22	18	12
9.	Andrea Basij	77	25	—
10.	Michäelis Schambogen	48	—	—
11.	Nicolai à Tingen	75	5	9
12.	Martini Cromeri	56	18.	—
13.	Pauli Gorniliorum	19	8	—
14.	Thoma Treteri	51	19	2
15.	Pauli Plotowski	16	20	—
16.	IV Temporum	46	21	—
17.	Adalberti Pikkiewicz	45	22	3
18.	Eustahij Knobelsdorff	16	20	—
19.	S Agnetis	40	7.	16
20.	Petri Tilicki	94	28	—
21.	Nicolai Szyszkowski	34	26	9
22.	Laurentij Rudawski	29	26	11
23.	Laurentij Ludwich à Demuth	41	13	3
24.	Joannis de Misznia			



25	Nicolai Kofs	60	2	M
26	Joannis Preück	11	25	—
27	Joannis Legensdorf	42	22	6
28	IV Temporum	16	20	—
29	Valentini German.	19	14	—
30	Joannis Baptista Nycz	39	—	—
31	Simonis Rudnicki	46	10	—
32	Sigismundi a Stessel	33	25	—
33	Andreae Lysakowski	48	19	6
34	Mathaei Judicki	29	10	—
35	Caroli Affeita	35	—	—
36	Joannis Jacobelli	42	—	—
37	<del>Almi Potocki pro Legatione petorum</del> <i>vide infra.</i>	—	—	—
38	Adalberti Dziatynski	14	—	—
39	Philippi Philippes	29	—	—
40	Ludouici Fantoni	38	29	6
41	Stephani Wjdzga	48	—	—
42	Adam Konarski	35	10	—
43	Divorum Regum	63	3	6
44	Thomae Uicyski	67	5	—
45	Casimira Waxman Cand Crae. et Varmien	25	15	—
46	Andreae Zagurne	40	—	—
47	S. Joannis ad Portam Latinam	17	10	—
48	Joannis Markiewicz Cand Crae et Varmien	36	20	—
49	Zachariae Joannis Szulc	36	20	—
50	IV Temporum	16	20	—
51	Stanislaw Buzynski	65	10	—

52	Adami Sarnawski	29	10	—
53	Joannis Zbąski	44	2	12
54	S. Agidij	16	20	—
55	Petri Kostkowski	38	—	—
56	Stanisłai Kowalski	24	27	6
57	Simonis Alexij Treteri	22	25	12
58	Laurentij Nicz et ab Hatten	39	25	—
59	IV. Temporum	16	20	—
60	Joannis Georgij Kunigek	39	10	—
61	Antonii Bassani	54	16	10
62	Andra Zaluski	80	23	7
63	Ludovici Szembek Can Crad et Varmicid	30	20	—
64	Szemborowski	24	—	—
65	Rudnicki	—	—	—
66	Ruggieri	—	—	—
67	Christophori Szembek Epi amum	—	—	—
68	Ejusdem 2dum	—	—	—
69	Kurduanowski post Octavam Epiphania	—	—	—
70	OO Prum Capitularis	16	20	—



2

6

2

0

7

